xv. Gr̄a inq̄t dei ſum: id qđ ſum. ſed ſḃm ph̄m.
Eſſe ⁊ viuere in viuentib⁹ idem ſunt. iō q̄ non
viuunt non dicunt̃ eſſe. Et ſic patet dubiũ.
Quantũ ad ſcđam v̄i. dico ꝙ gr̄a eſt aīe ha
bitus ſupnāliter dat⁹. Ad cui⁹ declaratōeꝫ
eſt notandũ ſḃm beatũ Tho. ſcđa ſḃe. q. c. ix. Q̄
cũ deus oīa diligat: neceſſe eſt vt creatur[is] ad
ſupnāle bonum oꝛdinatis: magis ꝓuideat: q̄z
ad bonum tm̄ nāle oꝛdinatis. Sꝫ creaturis ad
bonum nāle tm̄ oꝛdinatis: ſic dicit̃ ꝓuidē: vt
non tm̄ eas ad ſuos nāles motus: ſicut pꝛimus
motoꝛ eaꝝ moueat. ſꝫ etiā virtutes foꝛmaſq̄z
quaſdā ſuaꝝ operationē: actiuũ pꝛincipiũ p̄e-
ſtat. ſḃm quas foꝛmas hmōi creature ad ſuaꝝ a
ctionũ motuꝫ nāliter inclinent̃. vnde ignis ad
ignendũ: aqua ad frigidandũ nāliter inclinā-
tur. ſicq̄z de alijs naturalibus foꝛmis. Quare

multomagis ꝑfectuꝫ videbit̃: ꝙ illie ipſis c ea
turis ad ſupnãle bonū ordinatiſ: qđ vita etn̄a
eſt: ſic ꝓuideat: vt quaſdã ſupnãles formas ſi
ue ſupnãles qualitates infundat. ſm̄ quas ab
eo facilius moueant̃ ad bonū eternū adipiſcē
dū. Sed ſupmus habitus eſt ipſa diuina gr̃a
ꝗ ꝛc̃. Inde Jo. xv. dr̃. Sine me nihil poteſtiſ fa
cere. ſed de h̄ ad plenū in ꝑa ɔclõne ꝑe partiſ.
Quantū ad tertiã ꝟitatē dico breuiter ꝙ n̄
qm̄ ſi gr̃a quis male vti poſſit: ſequeret̃ ꝙ gr̃a
n̄ eēt gr̃a: qđ ē ɔ̃dictio. Nã dū gr̃a male vtiur
gr̃a ĩ culpa mutat̃ ad ſanū ĩtellectuū. q̃re ꝛc̃.
Cꝫ gr̃a eſt diuinus quidã aſpectus: ꝛ đ m̄l
tiplici diuino vultu. Concluſio ſecunda.
a Ecipe ꝑam ɔclõnē. vꝫ. Diuina gr̃a di
uini vultus quedã emanatio eſt: q̄ tm̄
ſuoſ quodã ſingulari amore diſcernit
Ad cuius declarationē tres ingramus ꝟita-
tes. vꝫ. Pr̃ia eſt q̃ res ſit diuinus ipſe vult⁹.
Scđa eſt qũo per vultū ſuū cognitus ē đuſ.
Tertia eſt qũo deus reſpicit tm̄ ſuos. Ad
primã dico methaphorice ꝙ vultus dei eſt ad
pr̃is triplex. vꝫ. vultus ſimilationis: vult⁹ mãi
feſtationis: ꝛ vultus indignationis. Uult⁹
ſimilationis eſt filius et̃ni pr̃is: ſicut. n. vultu
vnuſquiſq; cognoſcit̃: ſic ꝛ et̃nus pr̃ ꝑ ꝟbū et̃-
nū. ps. Dn̄e in lumine vultus tui ambulabūt.
Eſt. n. eternū ꝟbuꝫ forma: ſplendor: figura: ꝛ
gloria ſui eterni pr̃is. Dico ꝙ eſt forma eterni
pr̃is. ad phil̃. ij. Qui cū in forma dei eſſet: n̄ ra
pinã arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo. Nomie
ãt forme dicit glorioſius Aug. nãm diuinam
que tribus diuinis pſonis cõis eſt debere in-
telligi. Dico ꝑo ꝙ ē ſplendor pr̃is. ad Hebr.
p̊. Qui cū ſit ſplendor glorie ꝛc̃. Tertio di-
co ꝙ eſt figura et̃ni pr̃is. ad Hebre. vt. s̃. Cuꝫ
ſit figura ſubſtantie eius: ſedet ad dextrã ma-
ieſtatis in excelſis. Quarto eſt gloria eter-
ni pr̃is. ad phil̃. ij. Et oīs lingua cõfiteat̃: quia
dn̄s nr̄ ieſus xp̄s in gloria eſt dei pr̃is. Se-
cundus vultus dei dr̃ manifeſtationis. ꝛ hic ē
bn̄dicta humanitas ieſu xp̄i filij eius. Jn̄ Jo.
xiiij. dixit. Qui videt me videt ꝛ pr̃em meuꝫ.
ꝑ hanc glorioſam humanitatē cognouim⁹ q̃n-
tū amaret: quãtūq; nos penderet deus. Joã.
iij. Sic deus dilexit mundū: vt unigenitū ſuū
daret. Per hanc cognouim⁹ deū nobis eē pla
catū. ad Titū. ij. Apparuit bn̄ignitas ꝛ hūani
tas ſaluatoris nr̄i dei: nõ ex opibus iuſtitie: q̄
fecimus nos: ſed ſm̄ ſuã miſericordiam ſaluos
nos fecit. Per hanc glorioſaꝫ humanitatē ha
bemus in celis glorioſum aduocatū. ad Ro.
iij. Quē ɔſtituit ꝓpitiatoreꝫ ꝓ pccis noſtris.
Tertius vultus dr̃ indignationis. ps. Uul
tus ãt dei. i. indignatio dei ſup facientes ma-
la: vt pdat de terra memoriã eoꝝ. Sed de h̄
dicet̃ in t̃tia ꝟitate. Et ſic pꝫ pr̃ia ꝟitas. Cꝫtū
ad ꝑam dico ꝙ ex dictis ſatis apparet qũo co

gnitus ꝑ vultū ſuū eſt ipſe deus. Nã intelligē
tes memoriã eterni pr̃is infecundã nõ eſſe: ꝟ-
bū pr̃is eternū diximus eſſe productū. ꝛ ſic ꝑ
ꝟbū pr̃is nãm cognouimus. Jo. p̊. Jn p̄ncipio
erat ꝟbū: ꝛ ꝟbū erat apud deū: ꝛ deus erat ꝟ
bū. Et cū hic videndi ꝛ cognoſcendi mod⁹ dif
ficil̃ eſſet: vultū ſue humanitatis ad tp̄s oñdit
Jo. p̊. Et ꝟbū caro factū ē. Baruch. iij. Poſt
hec in terris viſus eſt: ꝛ cū hoībus ɔuerſatus
eſt. Hunc vultū veteres antique legis vider̃
nequiuerūt. Exo. xxxiij. Uidebis inqt dn̄s po
ſteriora mea: faciē ãt meã vider̃ nõ potis. Po
ſteriora ãt dei ſigna ſunt: ꝛ mirabilia q̄ fecit: ꝛ
figure. ꝑ poſteriora. n. qs ɔfuſe cognoſcit̃: ſic ꝑ
illa tp̄re legis cognit⁹ eſt đus. q̃re ꝛc̃. Cꝫtū
ad tertiã dico ꝙ m̄ltis modis aſpicit nos đuſ.
vnde verſus.
Aſpicit ipſe deus bona cum ſpirat ex alto.
Acceptans: liberans: patriaq; domans.
Solans: ꝛ eligens: in patriaq; coronans.
Jn his ꝟbis anima cara ſeptem ponuntur di-
uerſi diuini aſpectus.
Primus aſpectus dicitur inſpiratiuus.
Secundus dicitur acceptatiuus.
Tertius dicitur liberatiuus.
Quartus dicitur flagellatiuus.
Quintus dicitur conſolatiuus.
Sextus dicitur electiuus.
Septimus dicitur coronatiuus.
Primus dr̃ inſpiratiuus. Quo quidē mõ o
mnes xp̄ianos pccõres reſpicit cū peccauer̃t.
Eccl̃. xxxviiij. Opa oīs carnis corã deo: ꝛ nõ
eſt quicq; abſconditū ab ocul̃ ei⁹. O pccõres
qs abſcondet vos ab ocul̃ dei: q multomagis
ſole ſunt lucidiores: circūſpicientes oēs vias
hoīuꝫ: ꝛ ꝓfundū abyſſi ꝛ hoīuꝫ corda intuētes
in abſconditas ptes: vt dr̃ Eccl̃. xxiiij. Hinc
Petrus miſer cū Jeſum negaſſet: ꝛ xp̄s eū re
ſpexiſſet: recordat⁹ ē ꝟbi Jeſu qđ dixerat ꝛc̃.
Et exiuit foras ꝛ fleuit amare. Audi Auguſt.
Niſi inqt dn̄s Petrū aſpexiſſet: nunq̃ penitē
tia duct⁹ amare fleuiſſet. O miſa Jtalia q̄ ſic
in culpis p̄cipitando rotaris: q̃re nõ aſpicis mi
ſericordes diuinos oculos. Audi Aug. in ſolilo-
quijs de ſeipſo dicentē. Ue inqt caligãtib⁹ o-
culis meis: q te videre nõ pn̄t. Ue auertētib⁹
oculos: vt nõ videant ꝟitatē. Nequeūt. n. o-
culi in tenebris aſſueti: ſūme ꝟitatis radios i-
tueri. nec ſciūt aliqd de lumie exiſtimare: qrū
eſt in tenebris hitatio: tenebras vident: ꝛ tene
bras diligunt: de tenebris euntes in tenebras
neſciunt vbi corruãt. Miſeri neſciūt qd amit-
tant: qm̄ cadunt apertis oculis: ꝛ deſcendūt ĩ
infernū viuētes. h̄ ille. Scđs aſpect⁹ dr̃ ac
ceptatiuus. Gen̄. iiij. Reſpexit dn̄s ad Abel:
ꝛ munera ei⁹. vn̄ ſuborta eſt primoꝝ fratrū in
uidia: ita vt alter alteꝝ interficeret. O q̃ felix
aīa cui⁹ opa oculis ſunt grata diuinis. Audi

dn̄m iniquoꝝ opa ſpernentē. Amos. v. Odi ĩ
quit ꝛ ꝓieci feſtiuitates vr̃as: ꝛ nõ capiã odo-
rem cetuū vr̃oꝝ. Cꝫ ſi obtuleriſ mihi holocau
ſtomata ꝛ munera vr̃a non accipiã: ꝛ vota pin
guium vr̃oꝝ non recipiã. Odit aūt de⁹: ſꝫ non
ſolū odit: ſed ꝓijcit feſtiuitates eoꝝ: q non ce-
lebrant feſtiuitates dei: ſꝫ ſuas. Et poſt pauca.
Odiſſe aūt ꝛ nõ odorari ꝛ ꝓijcere: hūana loq̄t
ſilitudine: vt nos affectū dei nr̄is ſmonib⁹ ag
ſcamus. Et ponunt̃ hec ꝟba. xxiiij. q. i. c. odi ꝓ
ieci. Et ꝓpterea oēs ꝑui dei oī mane vt bono
rum opa reſpiciat deprecant̃: dicētes in p̄mis
Reſpice dn̄e in ꝑuos tuos: ꝛ in opa tua dirige
filios eoꝝ ꝛc̃. Et tp̄e paſſiõis oram⁹ dicentes.
Reſpice q̃ſumus dn̄e ſup hanc familiaꝫ tuã ꝓ
qua dn̄s nr̄ Jeſus xp̄s non dubitauit manib⁹
tradi nocentū: ꝛ crucis ſubire tormentum ꝛc̃.
Terti⁹ aſpect⁹ dicit̃ liberatiuuſ. Judith. ix.
Reſpice inqt caſtra Aſſirioꝝ nunc ſicut caſtra
egyptioꝝ videre dignat⁹ es: qm̄ poſt ꝑuos tu
os armati currebãt. Sic reſpexit dn̄s populū
dei liberando illū de manibus Pharaonis vt
pꝫ Exo. in pl̃ibus ca. Jnde iubilãtes dn̄o decã
tabant dicētes. Cantemus dn̄o: glõſe. n. egit.
Equū ꝛ aſſeſſorē ꝓiecit in mare. Fortitudo ꝛ
laus mea dn̄s: ꝛ fact⁹ eſt mihi ĩ ſalutē. Jſte de⁹
me⁹: ꝛ glorificabo eū. de⁹ pr̃is mei ꝛ exaltabo
eū. dn̄s q̃ſi vir pugnator fortis: oīpotens nom̄
ei⁹: curr⁹ Pharaonis ꝛ exercitū eius ꝓiecit in
mare. Sed ppl̃s iſte maledict⁹ vt ibidē ꝓph̄a
oñdit: nõ credidit adhuc mirabilib⁹ eius: ꝛ đfe
cerunt in vanitate dies eoꝝ: ꝛ anni eoꝝ cū fe-
ſtinatõe. cū occideret eos q̃rebant eū: ꝛ reuer
tebant̃ ꝛ diluculo veniebant ad eū: ꝛ rememo
rati ſunt q̄a de⁹ adiutor eſt eoꝝ: ꝛ de⁹ excelſus
redēptor eſt eoꝝ. ꝛ dilexerūt eū ĩ ore ſuo: ꝛ lin
gua ſua mētiti ſunt ei. Cor aūt eoꝝ nõ erat re-
ctum: nec fideles hiti ſunt in teſtõ eius ꝛc̃. hec
ꝓph̄a. O Jtalia flagellata hec cã ruine tue:
q̄a nõ es memor bn̄ficioꝝ dei: ꝛ obaudis voci
ꝟtutis ei⁹. Audi ꝓph̄am. Si ppl̃us inqt meus
audiſſet me. iſrl̃ ſi in vijs meis ãbulaſſet: ꝓ ni-
hilo forſitã inimicos eoꝝ hūiliaſſem: ꝛ ſup tri-
bulãtes eos miſiſſeꝫ manū meã ꝛc̃. Quart⁹
aſpect⁹ dicit̃ flagellatiu⁹. heu heu tp̄ibus nr̄is
quot ãnis: noſtris exigentib⁹ culpiſ: hoc modo
miſerã italiã reſpexit de⁹ illã ferro: igne: ſtrage
peſte: ꝛ cetera caſtigãdo. Audi Hiere. xxij. Da
bo inqt te in manu querentiū aīam tuã. i. vitã:
ꝛ in manu quoꝝ tu formidas facieꝫ. Et infra.
Pertrãſibūt gentes multe ꝑ ciuitatē hanc: et
dicent. Quare fecit dn̄s ſic ciuitati huic grãdi
ꝛ rñdent. Eo ꝙ reliquerint pactū dn̄i dei ſui. q̄
re ꝛc̃. Quint⁹ aſpect⁹ dicit̃ cõſolatiuus. ps.
Reſpice in me ꝛ miſerē mei: q̄a vnic⁹ ꝛ pauper
ſum ego. Sic reſpexit in orõnem Suſanne q̄ꝫ
clamãs ad dn̄m exaudita eſt. liberans eã a fal
ſo iudicio. Daniel̃. xiij. ps. Cū ipſo ſum in tribu

latione eripiã eū: ꝛ glorificabo eū ꝛc̃. Sext⁹
aſpectus dicit̃ electiu⁹. ad phil̃. p̊. Predeſtina-
uit nos in adoptionē filioꝝ dei in laudē gl̃e et
gr̃e ſue. Et ad Eph̃. p̊. Elegit nos ante mūdi ɔ
ſtitutionē. Et ad Ro. ix. Cuꝫ nundū inqt nati
eſſent: aut aliqd egiſſent boni vel mali dicit̃.
Jacob dilexi: Eſau vero odio habui. Sed de
hoc ad plenū dn̄ica ſcđa ſeq̄nti. Septim⁹ et
vltim⁹ aſpect⁹ diuinus eſt coronatiu⁹. Hic nõ
opus eſt ꝟbis: cū hoc quis aſpicit oculo: neceſ
ſe eſt vt paradiſi menia tãgat. Sꝫ aīaduerte aīa
mea ꝙ q̃ttuor ſunt ſigna hui⁹ diuini aſpectus.
Primū dicit̃ donatõis. Scđm dicit̃ ɔfirmatõ
nis. Tertiū dicit̃ approbatõis. Et q̃rtū dicit̃ ɔ
ſumatõis. Primū dicit̃ cõis donatõiſ. q̄r be
nignus deus ꝑ tam bono q̃ malo: taꝫ iuſto q̃
iniuſto ſuã gr̃am gratis datã preparare diſpo-
nit: ꝛ ſic ſolē ſuū oriri facit ſup bonos ꝛ malos
vt dicit̃ hic. Scđm dicit̃ ɔfirmatõis. qm̄ cõi
cata vtriſq; gr̃a dei: tc̃ illa bn̄: recte: ſancteq;
vtentib⁹ auget atq; ɔfirmat. Nõ bn̄ vtentib⁹
autē minuit ꝛ eneruat. Ro. viij. Scimus qm̄
diligentib⁹ deū oīa cooperant̃ in bonū ꝛc̃. Et e
cõtra argumentū eſt in malis. Tertiū dicit̃
approbatõis. qm̄ videns deus ipſe hunc bn̄: h̄c
ꝟo male: ſua gr̃a vtentib⁹: ꝛ cernēs illos pſeue
rare velle: huic gr̃aꝫ approbat ad vite eterne
premiū: ꝛ ipſum amat. Jmpiū ꝟo reprobat ꝛ o
dit: ſuppliciūq; parat. Sap. xij. Odio ſunt deo
impi⁹ ꝛ impietas ei⁹ ꝛc̃. Quartū ꝛ vltimuꝫ
ſignū dicit̃ ɔſumatiõiſ. qm̄ cernens hunc bn̄ in
gr̃a pſeuerantē ſententiat ad vitã eternã: abu
tentē ꝟo gr̃a ad mortē. Et tunc ĩpoſſibilis eſt
reuocatio. quia hunc in bono pſeueranteꝫ ne
ceſſe eſt ſaluari. illuꝫ vero in malo neceſſe eſt
damnari. Jntelligendo ſemp ꝓponens in ſen
ſu compoſito. ps. Deleãtur de libro viuentiuꝫ
ꝛ cum iuſtis non ſcribantur. quare ꝛc̃.
Quomodo per diuinam gratiaꝫ diſtinguã
tur boni a malis. concluſio tertia.
a Ecipe tertiã ɔclõnem. vꝫ. Gr̃a diuĩa
excellentiſſimū ſignū donūq; dei eſt:
quo filij dei a filijs diaboli ꝓprie di-
ſcernunt̃. Ad cui⁹ declaratiõē tres ingra-
mus ꝟitates. vꝫ. Prima eſt iſta. Jn qb⁹ boī
ꝛ mali in hac vita ɔueniunt. Scđa ꝟitas ē.
in qbus boni ꝛ mali oīo differūt. Tertia ꝟi
tas eſt: qđ eſt mai⁹ deſideriū qđ poſſint hoīes
mali hēre in hac vita. Ad primã ve. dico ꝙ
tam boni q̃ mali oībus gratijs dei grat̃ datiſ
in hac vita cõicant. Eccl̃. ix. Sūt iuſti atq; ſa-
pientes ꝛ opa eorū in manu dei: ꝛ tn̄ neſcit hõ
vtrū amore vl̃ odio dignus ſit. ſed oīa in futu
rum ſeruant̃ incerta. Eo ꝙ vniuerſa eq̄ eueni
ant bono ꝛ malo: iuſto ꝛ ĩpio: ĩmolanti victiãs
ꝛ ſacrificia ɔtēnenti. Sicut bon⁹ ita ꝛ pctõr. et
piurus ita ꝛ ille q veꝝ dicat. Hoc eſt peſſimū
inter oīa q̄ ſub celo fiunt. q̄a ea cūctis eueniãt

ħ ille. Jnde Job ille vir ſcūs de hoc ſummope
mirabaẗ.xxj.c. dicens. Quare ḡ impij viuunt:
ſubleuati ſunt:ↄfortatiq̄ꝫ diuitijs: ſemen eoꝝ
pmanet corā eis: ꝓpinquoꝝ turbe ꝛ nepotū in
ↄſpectu eoꝝ: domus eoꝝ ſecure ſunt. Nō eſt
ꝟga ſup illos. Bos eoꝝ ↄcepit ꝛ nō abortiuit
vacca pepit: ꝛ nō eſt ꝑuata fetu ſuo. Egrediūẗ
quaſi greges paruuli eoꝝ: ꝛ infantes eoꝝ ex-
ultant luſibus. Tenent timpanū ꝛ citharaꝫ: ꝛ
gaudent ad ſonitū organi. ducūt in bonos di-
es ſuos: ꝛ in puncto ad inferna deſcendūt. O
malus imo peſſim⁹ finis: o infelix letitia: o mū
di cecitas: q̄ mometaneo: vt ita dicā ioco: eter
nū tibi paras cruciatū. q̄re ꝛc̄. Quantū ad
ſcðam ꝟi. dico ꝙ boni lꝫ in plurib⁹ a malis diffe
rant: ꝛ ecōuerſo: tria tn̄ ſunt ꝑncipalis. Pri
mo in malo mō viuendi. Scðo in malo mō
t̄minādi. Tertio i malo fine cruciandi. Pri
mo inq̄ꝫ differunt in malo mō uiuendi. Et ꝑ in
viuēdo ſine timore. Eccl̄.ix. Filij hoīuꝫ abſq̄ꝫ
vllo timore ꝑpetrant mala. Scðo in ḡuādo
ſine ↄſideratione. ꝑs. Letanẗ cū malefecerit:
ꝛ exultant in reb⁹ peſſimis. Tertio in aman
do terrena cū inordinatiōe. ꝑs. Oculos ſuos
ſtatuunt declinare in terrā: ꝓpterea dilect⁹ il
le a xp̄o diſcipulus. ꝑma ep̄la.c.ij. ad dei ſuos
vociferabat. Nolite diligē mundū: neq̄ꝫ ea q̄
ſunt in mūdo: qm̄ mūdus ꝑtranſibit: ꝛ cōcupi-
ſcentia eius. Et Jeſus dulciſſim⁹ Math.x.c.
ait. Qui amat p̄rez aut m̄rem pluſq̄ꝫ me: nō ē
me dignus. Scðo differūt in malo mō t̄mi
nandi: qm̄ regula ḡnalis eſt. Qui male viuit:
male finit. ꝑs. Mors pccōꝝ peſſima. Un̄ ma-
li male viuentes de vitio in vitiū ruūt. boni ꝟ
virtute in ꝟtutē deducunẗ. Audi ꝓpħam di-
centē de malis. Tu ꝟo deus deduces eos in
puteū interit⁹. Et Apoc̄. vlt. Qui in ſordib⁹ ē:
ſordeſcat adhuc. Et Grego. Pccm̄ qð ꝑ pn̄iaꝫ
nō deleẗ mox ſuo ponde in aliud trahit. Et de
bonis idē ꝓpħa ait. Jbunt de ꝟtute in ꝟtutē
videbiẗ deus deoꝝ in ſyon. Differunt t̄tio i
malo fine cruciandi. Math.xxv. Jbunt hi in
ſuppliciū eternū. Juſti ꝟo in vitā eternā. Au-
di pulcherrimā auctoritatē Augu. de ciuitate
dei. Jn his inq̄t diſtribuendis agit quidē de⁹
opatione ſua. Nā ſi nūc oē pccm̄ māifeſta ple-
cteret pena: nil in vltio iudicio ſuari putareẗ.
Sicut etſi nullū pccm̄ puniret apta vindicta:
nulla diuina ꝓuidentia putareẗ. Et idē placuit
inq̄t diuine ꝓuidentie ꝑparare quidē iuſtis bōa
in poſterū: q̄bus nō fruerenẗ iniuſti. Mala āt
īpijs q̄bus n̄ excruciabūẗ boni. Jſta āt t̄palia
vtriſq̄ꝫ voluit eſſe cōia: vt ne bona auidi⁹ ap-
petanẗ q̄ mali quoq̄ꝫ hr̄e cernunẗ. Et ne mala
turpiter euitenẗ: q̄bus ꝛ boni pleruq̄ꝫ afficiūẗ.
ħ ille. Q̄tuꝫ ad tertiā dico ꝙ ſicut bonis ħ
vita nauſeā ḡnat: ita mali hanc vitā durare ꝑ
optant. exēplū illius diuitis: Luc̄.xij. Aīa mea

habes bona repoſita in ānos plurimos ꝛc̄. Jn̄
bonus ille Pau. ad phil̄. ꝑ. clamabat. Cupio
diſſolui: ꝛ eſſe cuꝫ xp̄o. Quis me liberabit de
corpore mortis hui⁹. q̄re ꝛc̄. Et hec ſufficiāt ꝓ
prima conſideratione huius ſmonis.

De neceſſitate diuine ḡr̄e. Cōſideratio ſa.

**Ecūdo loco.** Diuie ḡr̄e op
portunā requiſitionē videamus:
Ubi tres ↄcl̄ones more ſolito ſub-
iungam⁹. vꝫ. Prima ↄcl̄o eſt iſta. Qn̄ huma-
na nā a volūtate diuina rebellauit: q̄uis i vi
ta pn̄iam feciſſet: nūq̄ꝫ tn̄ ſine dei ſpāli gr̄a ſal-
uari potuiſſet. Scða ↄcl̄o ē iſta. Q̄uis per xp̄i
mortē humana nā fuerit repata: nūq̄ꝫ tn̄ ſi di-
uina gr̄a cū bonis opibus nō cōcurreret: poſ-
ſet aīa ad eternā gl̄iam ſcandē. Tertia ↄcl̄o ē
iſta. Etſi deus cuncta q̄ ſue nō ꝺrogant digni
tati ꝑ ſeipſum facē poſſit: tn̄ ſine gr̄a ſpāli nihil
regit eorum que creauit.

Q̄ ſine gr̄a ſpāli humana natura ſaluari n̄
potuit. Concluſio prima.

Ecipe primā ↄcl̄onē ꝛc̄. Ad cuius de
clarationē tres ingramus ꝟitates vꝫ.
Prima ꝓpter q̄ pccā xp̄s pati voluit.
Scða q̄re humana nā ꝑ ſeipſaꝫ ſaluari n̄ po-
tuit. Tertia ꝙ fuerit mirabili⁹ opus: qð fece
rit xp̄s in vita iſta. Q̄tū ad ꝑmā dico bre-
uiter ꝙ xp̄s pati voluit ꝓ pccis toti⁹ humane
nāe: q̄ in ꝑ pente fuit anihilata. Nec itelligas
ꝙ ꝓ proprijs pccis mortalib⁹: in q̄bus aliquis
mortu⁹ ē: ſatiſfecerit xp̄s: ſed ſolū ꝓ pccis mō
talib⁹ primoꝝ parentū: q̄bus tō hūana nā erat
cōtaminata. Non.n. liberauit deus morte xp̄i
mortuos in pccō mortali: q2 in inferno nunq̄ꝫ
vlla fuit redēptio eoruꝫ q̄ in inferno dedicati
ſunt. Jnde Jſa.liij. ait. Uere langores nr̄os ipe
tulit: ꝛ dolores nr̄os ipſe portauit: ꝛ nos repu-
tauim⁹ eū q̄ſi leproſum ꝑcuſſum ꝛ humiliatuꝫ
a deo. Jpſe āt vulnerat⁹ ē ꝓpter iniquitates
nr̄as: attrit⁹ eſt ꝓpter ſcelera nr̄a: diſciplīa pa
cis ſup eū: ꝛ liuore eius ſanati ſum⁹ ꝛc̄. i. Pe.
ij. Qui pccā nr̄a inq̄t ꝑtulit in corpore ſuo ſup
lignū: vt pccis mortui iuſtitie viuam⁹. Et ad
Titū.ij. Apparuit bn̄ignitas ꝛ hūanitas ſalua
toris nr̄i dei: non ex opibus iuſtitie q̄ fecimus
nos: ſed ſm̄ ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit ꝛc̄.
Quantū ad ſcðam dico ꝙ triplici rōne ꝑnci-
pali hūana nā ꝑ ſeipſam ſaluari n̄ potuit. Pri
mo rōne incongruitatis. Scðo rōne ordina-
bilitatis. Tertio rōne incompoſſibilitatis.
Prio rōne incōgruitatis. Nā ſi hūana nā ꝑ
ſeipſam ſaluari potuiſſet: ſequereẗ ꝙ xp̄s gra
tis. i. fruſtra mortuus eēt. ↄñs ē falſum ꝛ abſur
dū. ḡ ꝛ illud ex q̄ ſequiẗ. Sequela ꝓbaẗ. Quid
n. q̄ſo medicus ad nos venire voluit: vel cur
ad ſaluandū ꝛ querendū qð ꝑierat veniſſe ſe
dixit xp̄s: ſi nihil perditum: nihilq̄ꝫ qð ſanaret

inuenit. Jnterroga ſ. dū Paulū: cur fili⁹ dei in
hunc mundū venit. audi q̄d dicat. Fidelis eſt
ſermo ꝛ oī acceptatōe dignus. q2 xp̄s venit in
hunc mundū pctōres ſaluos facē: quoꝝ ꝑm⁹
ego ſum. Maluit.n. gl̄oſius de⁹ in ſeipſu ſeu⁹
putari q̄ꝫ in nos paꝝ clemens eē. O magnuꝫ
charitatis iudiciū: ꝛ oī ſuauitate repletum. O
ingens et̄ni pr̄is ardor amoris: q̄ vt nobis ꝑce
ret ꝓprio filio non pepcit: q̄ non auꝝ dedit: nō
argentū apprehēdit: non pecuniā numerauit:
ſed ſemetip̄m tradidit: ſanguinē ſuū fudit: ꝛ ꝓ
nobis oībus aīam ſuaꝫ poſuit. q̄re ꝛc̄. Scðo
rōne ordinabilitatis. Sic.n. ſanxerat deus: ut
hō ꝑ ſeipſum cadē poſſet: ſꝫ non ꝑ ſeipſum poſt
caſum releuare. qð ꝛ ꝑpulchre dn̄s oñdit in fi
gura illius hoīs ab hieruſalē in iericho deſcēdē
tis. dic textū totū. Que ꝟba Aug. ↄ̄ pelagiuꝫ
ſic exponit. hō iſte genus humanū eſt ab hieru
ſalem deſcendēs in hierico. i. de ꝑadiſo in hūc
mundū. Hieruſalez.n. viſio pacis interpretaẗ.
Anteq̄ꝫ.n. hō peccaret in viſiōe pacis erat. i. in
ꝑadiſo: vbi q̄cquid intuebaẗ pax erat atq̄ꝫ leti
tia. Jnde aūt deſcendēs humiliat⁹. i. miſ fact⁹
ꝑ pctm̄ venit in hierico. i. in hunc mundū. Hie
rico.n. luna interpretaẗ. q2 mūdus velut luna
mutaẗ. hic incidit in latrōes. i. diabolū ꝛ ange
los ei⁹. i. ꝑ inobedientiā miſerrimū genus hūa
num demonib⁹ ſe mācipauit. q̄ diſpoliauerūt
eū. i. diuinā gr̄am liberiq̄ꝫ arbitrij in bonū poſ
ſibilitatē ꝑdidit: ꝛ plagis eū totū affecerūt. q2
oēs poſteri hac ſunt plaga ꝑcuſſi: ſicq̄ꝫ oīs in
iniq̄tat h⁹ ↄcepti. Et eo ſemiuiuo relicto abie-
runt. Semi nanq̄ꝫ viu⁹ lꝫ vitalē hēat motū: ex
ſe tn̄ ambulare nec ſurgē pōt: ſic ꝛ gen⁹ hūanū
ꝑ ꝓprias vires reſurgē nō poterat. Deſcēdēs
autē ſacerdos eadē via: eo viſo ꝑtranſit. ſilr̄ ꝛ
leuita. Jn his ſane duob⁹ duo t̄pa intelligunẗ
ſ. legis ꝛ ꝓpħaꝝ. Jn ſacerdote legeꝫ ꝑ quā ſa-
cerdotiaꝫ ꝛ ſacrificia ſunt inſtituta. Et in leui-
ta vaticiniū ꝓpħaꝝ intellige: quoꝝ t̄pibus to
tū genus humanū ſanari nō potuit. qm̄ omnes
ex Adā ꝛ matre ꝑma naſcētes: tanq̄ꝫ chirogra
pho pr̄mo ↄſtricti ſtipendiū pcti moriēdo ſolue
runt. Stipendiū.n. pcti mors eſt: vt ap̄lus ait
Sacerdote aūt ꝛ leuita ꝑtrāſeūtib⁹: ſamarita
nus q̄dā iter faciēs venit ſec⁹ eū. Samaritan⁹
aūt cuſtos int̄pretaẗ. Et hic xp̄s fuit q̄ nos ſua
gr̄a defenſauit. Uenit aūt ſecus eū in ſilitudi-
nē carnis pcti. ꝛ vidēs eū miſericordia mot⁹ eſt
ſup eū. q̄d nāq̄ꝫ vidit. Uidit inq̄ꝫ gen⁹ hūanuꝫ
proſtratū. ꝛ miſericordia mot⁹ eſt: q2 in eo q̄ cu-
rari dign⁹ eſſet nullū meritū inuenit. ꝛ appro
pians alligauit vulnera ei⁹. i. dānauit pctm̄ i
carne infundēs oleū ꝛ vinū. i. cariſma ſcm̄ ꝛ ſā
guinē ſuū. Et impoſuit illū in iumentū ſuū in ad
iutoriū. vꝫ. gr̄e icarnatiōis ſue. Et duxit in ſta
bulū. i. in eccl̄iam ſuā: donās ei fidē ad creden
dū in eū. Et altā die. i. q̄ t̄pe alio. ſ. ꝑ⁹ aſcēſiōeꝫ

ꝓtulit duos denarios. vꝫ. nouū ꝛ vet⁹ teſtm̄ i
q̄ nūmiſſa dei eſt: ꝛ dedit ſtabulario. i. Paulo
ap̄lo q̄ eſt vas electōis cui ſollicitudo eſt oīuꝫ
eccleſiaꝝ. Et ait curā illi⁹ habe. i. q̄ ad fidē me
ā ꝑtinent: ꝛ quō ad verā ſanitatē venire de-
beat illū edoce. Et qðcūq̄ꝫ ſuperogaueris: duꝫ
rediero reddā tibi. i. q̄cquid ſup euangelij do-
ctrinā bonā docueris: cū rediero. ſ. ad iudiciuꝫ
reddā tibi. Quid aūt ſit illð qð ſupra legē euā
gelij Paulus erogauerit: dicit Aug⁹ puto ꝙ
ſit illud qð ad Chorinthios ait. De ꝟginib⁹ aūt
ꝑceptū dn̄i nō hēo. ↄſiliū aūt do: tanq̄ꝫ miſericō
diam ↄſecut⁹ a deo vt ſim fidelis ꝛc̄. Et ſic pꝫ
ſcða rō. Tertio rōe incōpoſſibilitatis. iſta.n.
incōpoſſibilia ſunt: vt creatura creature magi
q̄ꝫ deo ſit ſubiugata: ꝛ magis obligata. ſed hoc
fuiſſet ſi creatura ꝑ ſeip̄am ſe liberaſſet: vt pꝫ i
tuenti: qm̄ mai⁹ eſt bn̄ficiū redēptiōis q̄ꝫ crea-
tionis. q̄re ne hūana nā in amore ꝛ obligatiōe
ſūme diuidereẗ: q̄ creauit redemit: vt diẗ An-
ſel. li. cur de⁹ hō. q̄re ꝛc̄. Quantū ad tertiaꝫ
dico aīa cara ꝙ multa mirabilia fecit xp̄us in
hac mortali vita. Nōne mirabilia iſta opa fue
runt curare īfirmos: mortuos ſuſcitare: cecos
illūiare: demōes effugare ꝛc̄. Jo. vij. Si n̄ ve
niſſem ꝛ locut⁹ eis nō fuiſſem: pctm̄ nō hr̄ent.
Nōne ꝛ ꝟba mirabilia fuerūt. Math. v. Dili
gite inimicos vr̄os: bn̄facite his q̄ oderūt vos
Math. xi. c. Nunq̄ꝫ ſic locut⁹ eſt hō. Jnde di-
cebat ipſe Jo. xiiij. Opa q̄ ego facio ipa teſtio
nium ꝑhibent de me. Propterea cec⁹ Joh. ix.
dixit. A ſeculo nō eſt auditū vt aꝑiret q̄s oc̄los
ceci nati. Quāuis ḡ multis ꝟtutib⁹ in hac vita
claruerit xp̄s: tn̄ in ſeptē ſpāliter opibus et̄nus
pr̄ xp̄m filiū ei⁹ in ſeptē ꝑmaxie mirificauit: q̄
in ſeptē ſigillis Apoc̄. v. deſignanẗ. dic textuꝫ
Prio ḡ et̄nus pr̄ clarificauit ꝛ mirificauit fi
lium ei⁹ Jeſuꝫ bn̄dictū in ſua ↄceptōe. Hiere.
xxxj. Nouū faciet dn̄s ſup terrā: mulier circū
dabit viꝝ gremio vt̄i ſui. Jn q̄ gl̄ioſa ↄceptiōe
duo mirabilia fuere. Primū q2 ſine oī ꝓrſus
labe ↄceptus. ꝑs. Qui ingrediẗ ſine macula.
Scðm q2 ſine oī ꝓrſus alteri⁹ ↄmixtōe. Luc̄.
i. Qð ex ea natū eſt de ſpū ſcō eſt. Scðo in
ꝑcioſa natiuitate. ꝑs. Cātate dn̄o cāticū nouū
q2 mirabilia fecit dn̄s. Ecce mirabile magnū
ꝟgo parit filiū: ꝛ ꝟgo eſt in ꝑtu: ꝟgo poſt ꝑtuꝫ
ꝛ ꝟgo an̄ partū. Jſa. vij. Ecce ꝟgo ↄcipiet ꝛc̄.
Tertio ī deuota baptizatōe: ꝛ ī miraculoꝝ
opatōe. Luc̄. iij. Et ecce aꝑti ſūt celi ꝛ vox pr̄is
itonuit. hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ in q̄ mihi bn̄ cō
placui. Jn miraculoꝝ opōe. Jo. xj. c. Nōne di-
xi tibi ſi credideris videbis gl̄iam dei. Et Jo.
vij. Si nō veniſſem ꝛ locut⁹ eis nō fuiſſeꝫ ꝛc̄.
Quarto ī trāſfiguratōe Mat. xvij. Reſplē
duit facies e⁹ ſic̄ ſol: veſtimēta aūt ei⁹ fcā ſūt al
ba ſic̄ nix. Quīto in paſſiōe. Math. xxvij.
Petre ſciſſe ſūt ꝛ mōumēta aꝑta ſūt ꝛc̄. ꝛ luc̄. xxiij.

Uere filiꝰ dei erat iſte. Sexto ī reſurrectõe
Math. xxviij. Angelus aūt dñi deſcēdit d̄ ce
lo: ⁊ accedēs ṙuoluit lapidē: et iteꝝ. Pre tiore
aūt eiꝰ exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ fc̄i ſunt velut
mortui. Septīo ⁊ vltīo et̄nus pr̄ glorioſum
filiū ſuū hac in vita mirabilē fecit in glorioſa
aſcenſione. Actuū p̊. Uiri galilei qd admira-
mini aſpicientes in celū ⁊c̄. Et ſic pʒ iſta ɔcl'o.

Qꝛ ēt poſt reparationē hūane nāe p̄ xp̄ʒ ſi
ne alia dei ſpāli gr̄a aīa ad vite meritū ſcandē
nō poteſt. Concluſio ſecunda.

Ccipe ḣaʒ ɔcl'onē. vʒ. q̄ꝛuis p̄ xp̄i mor
a tē hūana nā fuerit repata: nunq̄ꝫ tn̄ ſi
diuina gr̄a cū boniſ opibus nō cōcur
reret: poſſet aīa ad eternā vitaʒ ſcandē. Ad cꝰ
declaratiōʒ tres ingramꝰ ꝟitates. vʒ. Pr̄a
q̄re hō ſine gr̄a ad vitā reſurgere nō pōt: ſic ⁊
ſine ipſa cadē. Sc̄da q̄uo iſta gr̄a diuina ad
ħ ɔcurrit: quē nāq̄ꝫ ordinē ḣuat. Tertia an
iſta diuina gr̄a ad tētationibꝰ reſiſtendū ſit ne
ceſſaria. Quantū ad primaʒ ꝙ triplex de ħ
rō aſſignari pōt. Prīo qꝛ ħ repugnat ſacre
ſcripture. Sc̄do qꝛ repugnat recte rationi.
Tertio qꝛ ħ repugnat manifeſte exēplifica
tioni. Prīo inq̄ꝫ hō ſine d̄i ſpāli gr̄a reſurge-
re nō pōt: qꝛ ṙpugnat ſacre ſcripture ⁊ ſacre le
ctioni. Etſi de ħ multe ſint auc̄tes. ⁊ ꝑpulchre
ħ tangat Augꝰ ꝯ pelagiū: ⁊ magr̄. ij. ſniaꝝ. diſ.
xxviij. Iſtas tn̄ tres ad pn̄s accipe auc̄tes. pri
mo Augꝰ in ꝓſolodion. c. v. ſi p̄ſumat, ingt pec
cator mūdari nō pōt: nec ex corde cōpungi: qa
niſi dn̄s Petrū aſpexiſſet: nūq̄ꝫ pn̄ia ductus a
mare fleuiſſet: qd̄ de reſpectu ſpūali intelligi
dʒ: ⁊ nō corporali: qꝛ dicit textꝰ ꝙ Petrus ēat
foris ſtans in atrio ſūmi ſacerdotis: xp̄s ꝟo in
camera tormti. Itē Iſidorus de ſūmo bono:
Poſtq̄ꝫ ingt nos pccō obligauerimuſ: ⁊ opibꝰ
diaboli: iā nos nr̄a ꝟtute reſurgē nō valemꝰ.
Et ꝓph̄a. Gr̄aʒ igt ⁊ gloriā dabit dn̄s. Et idē
Niſi qꝛ dn̄s adiuuit me: paulominꝰ hītaſſet ī
inferno aīa mea. Et idē miſicordia dn̄i ꝑueni
et me. q̄re ⁊c̄. Sc̄do ſine dei ſpāli gr̄a hō re
ſurgē nō pōt. qꝛ ħ repugnat recte rōni. Naʒ ſi
hō ſine gr̄a iuſtificari poſſet: ſequeret̄ ꝙ tā pre
miū q̄ꝫ meritū eēt hoī: nō deo attribuenduʒ: ⁊
hoī gr̄as reddendū. ɔn̄s impijſſimū. ğ ⁊c̄. ɔn̄a
nota ⁊ ſequela clara. Quis q̄ſo negare ɔtēdet
ſi gloriā ſine dei gr̄am adipiſci poſſumꝰ: ꝙ ſilr
⁊ iuſtificationē ſine gr̄a poſſimꝰ adipiſci. Sed
q̄uo ex nobis iuſtificari poterimꝰ: cū apl's di-
cat: Iuſtificati ſumꝰ p̄ fidē. i. p̄ gr̄am. Gr̄a aūt
vt dicit gl'ioſus Augꝰ. Donū dei eſt ſine meri
tis. q̄re ne ħ impiū ſequat̄: neceſſe ē vt gr̄a op
ponat̄ ⁊c̄. Itē ſi hō ſeipſuʒ creari nō pōt. ğ a fo-
tiori nec ſeipſum recreari. pʒ ɔn̄a. qꝛ magiſ eſt
iuſtificatio īpij: q̄ꝫ creatio celi ⁊ terre: vt dicit
Augꝰ. Sed p̄mū hō nō pōt: qꝛ nihil ē qd̄ ſeipʒ
gignat p̄ Aug. de trini. ğ nec ḣm. Propterea
Augꝰ de eccl'iaſticis dogmatibꝰ ait. Nullū cr̄
dimus ad ſalutē: niſi d̄o mediāte uēire. Plurs
alias poteris ſi placet formare rōnes. ſi diſtin.
xxviij. ſecūdi ſniaꝝ legeris. quas tibi cā breui
tatis obmitto. Tertio nō pōt hō ſine d̄i gr̄a
reſurgere: qꝛ ħ repugnat manifeſte exēplifica
tioni. Plura. n. de ħ ponit exēpla Augꝰ ꝯ pela
giū: ſed ad pn̄s tria colligamꝰ. Primū exem
plū ē Abrahe. Sc̄d'ʒ Moyſi. Tertiū Hie-
remie. De p̄mo ſic dicit Augꝰ. Dixit dn̄ſ ad
Abrahā. Noli timere abrahā: ego ꝓtegā te: ⁊
merces tua erit magna nimis. ꝓtegaʒ ingt te
gr̄a mea: qꝛ priuſq̄ꝫ vocares me: vocaui te: ut
exires de terra ⁊ cognatiōe tua: ⁊ inuocares
me ⁊c̄. Itē de eodē ſic ait. Si inueni gr̄am ī o
culis tuis: ne tranſeas puerū tuuʒ. p̄ gr̄am ğ q̄
nō eſt ex operibus dictū eſt ei merces tua ma
gna erit nimis: qꝛ nemo prius dedit deo: ⁊ re-
tribuet̄ ei ⁊c̄. De ḣo exēplo ſic ait Augꝰ. di
cit Moyſes ad dn̄ʒ. Ecce tu mihi dicis: d̄duc
ppl'm meū hūc: tu āt nō d̄monſtraſti mihi quē
ſimul mittas mecū. Et dixiſti mihi. Scio te p̄
oībus: ⁊ gr̄am habes apud me. Nunc ğ ſi iue-
ni gr̄am in ɔſpectu tuo: oñde mihi temetipſuʒ
manifeſte: vt videā te: ⁊ ſim inueniens gr̄am
añ te: vt ſciā: qꝛ gens tua ⁊ ppl's tuus hʒ gr̄am
apud deū. Sed ex d̄o nō ex ſe. Ecce ꝙ Moy
ſes dicit ſe inueniſſe gr̄am in ɔſpectu dei: ⁊ nō
habuiſſe ex ſe. Et cū dicit: oñde mihi temetipʒ
manifeſte ut videā te: vt ſiʒ inueniēs gr̄aʒ añ
te. Quid aliud indicat: niſi vt dū te video ma
nifeſte: cognoſcā nō mei fuiſſe meriti: ſʒ dono
gr̄e tue. Et paulo poſt ait. Niſi ipſe exeas no-
biſcū: ne me educas hinc. ⁊ q̄uo ſciret̄: qꝛ iueni
gr̄aʒ corā te: ego ⁊ ppl's tuus p̄ oībus gentibꝰ
q̄ ſunt ſup̄ terrā: q̄ſi dicat: gloriabimur: q̄uo: ñ
in nobis: ſed in te a quo accepimus gr̄am glo
riandi. ħ Augu. De tertio exēplo ſic ait Au
gu. vt. ſ̄. de Hieremia dic̄ dn̄s. Priuſq̄ꝫ te for
marē in vtero noui te: ⁊ anteq̄ꝫ exires de vē
tre ſanctificaui te: ⁊ ꝓph̄am in gentibus dedi
te ⁊c̄. Ex q̄bus ꝑfecto ꝟbis manifeſte oñdit
gratie donū nō eſſe ex operibus: que nā erant
eius opera mundū nati. Igit̄ nō ex operibꝰ: ſʒ
ex vocatione dictū eſt ei: priuſquā te formarē
in vtero noui te ⁊c̄. hec Aug. vt. ſ̄. quare pa-
tet. i. ꝟitas. Quātū ad ḣam ꝟitatē dico ḣm
btm̄ Tho. pr̄a p̄me. q. c. ix. ꝙ duplex eſt ꝑpa-
ratio voluntatis. Una ad bonū fruendū ⁊ me
ritorie operandū preparans. Alia ad hanc pri
mā diſpoſitionē habendā diſponens primā in
quit ipſe diſpōnem volūtas ſine habituali gr̄e
dono haber̄ nō poteſt: quia ſicut anima ē cor
poris vita dans ei motū ⁊ ſenſum ex ſecundo
de aīa. ſic gratia anime vita dans ei motuʒ ⁊
ſenſuʒ ad meritorie operandū: bonoq̄ꝫ eterne
fruendū. Nec ad hanc hn̄dam gr̄am: alius re
quirit̄ ſup̄additꝰ hitus: qꝛ ꝓceſſus eēt ī īfinitū
cum non eſſet potior ratio de vn̄a q̄ꝫ d̄ altera:
ſed ſufficit ad hanc preparationē hn̄dam aliqd̄
diuinū preſidiū interiꝰ ad bonū voluntatē mo
uens. q̄m nihil ſine virtute prime cauſe moue-
ri pōt. Ioh. xv. Sine me nihil poteſtis facere.
Et motio ħ eſt diſpoſitio aīam diſponens ad
gr̄am gratū facientē promerendā. Apocal. iij.
Sto ad hoſtiū ⁊ pulſo ⁊c̄. Tripliciter auteʒ
mouet ⁊ pulſat aīam deus vt gr̄am acceptet.
Primo pulſando ad rōem illā. ſ. illuminādo
vt ꝓpriam malitiā ⁊ dei bonitatem agnoſcat.
Sc̄do pulſando ad voluntatē: vt ad deum
diligenduʒ conuertat̄. Tertio pulſando ad
memoriā: ne ipſa volūtas fruſtra bonū velit.
Tua mō aīa mea intereſt apire. q̄m deus ab
initio ɔſtituit hoīem: ⁊ reliquit illū in manu cō
ſilij ſui. Eccl'. xv. Si apueris intrabit Ieſus p̄
gr̄am. q̄re ⁊c̄. Quantū ad tertiā dico breuit̄
ḣm dn̄m Bona. in. ij. di. xxvij. ꝙ aliud eſt reſi-
ſtere tētationi: ⁊ aliud vincē tentationē. Reſi
ſtere tentatōi eſt nō aſſentire diabolice ſugge
ſtioni. Uincere autē eſt oppoſitū illius inducē
qd̄ diabolus ſuggerebat. Pōt ğ qs per gr̄am
gratis datā diabolice reſiſtē ſuggeſtiōi: tamē
abſq̄ꝫ dono qd̄ deo hoīeʒ gratū reddat: diabo
lum vincē non pōt. vt. ſ. ɔtra eiꝰ mentē ꝑficiat
dignitate meriti: vel in merito ɔdigni. q̄re ⁊c̄.

Qꝛ diuina gr̄a tanq̄ꝫ cōgruenti medio deꝰ
hec inferiora regit concluſio tertia.

Ccipe tertiā ɔcl'onem. vʒ. Et ſi deus
a cuncta q̄ ſue non derogāt dignitati p̄
ſeipſum facē poſſit: tn̄ ſine gr̄a ſpāli ni
hil regit eoꝝ que creauit. Ad cuiꝰ declara-
tionē tres ingramꝰ ꝟitates. vʒ. Prima q̄l'r
hec mūdi machina diuia gr̄a gubernet̄. Se
cūda qual'r hō p̄ diuinā gr̄am in ſuis opatōibꝰ
regat̄. Tertia quot modiſ diuina gr̄a in ſcri
ptura appellet̄. Quantuʒ ad primā aſſumo
ſn̄iam cōeʒ btī Tho. p̄ma ſc̄de. q. c. xi. vʒ. ꝙ in
corporalibꝰ motibꝰ duo nc̄c'rio ɔcurrunt. prin
cipiū intrinſecuʒ. ⁊ principiū extrinſecū motꝰ.
principiū intrinſecū eſt forma ſubālis mobilis
Uñ ignis p̄ ſuā formā intrinſecaʒ hʒ ignire: aq̄
frigefacē: ⁊ ſic de alijs. Principiū ꝟo extrinſe
cum eſt motio primi mouētis. ſ. corporis ſupce
leſtis. Si. n. primi mobilis motꝰ ceſſaret: omes
motus caſſarent̄. i. oīa quieſcerent: vt tota tra
dit phiſica diſciplina. Unde q̄ꝛuis ignis p̄ ſuaʒ
formā intrinſecā ignire poſſet: tn̄ ſi motio p̄mi
mouentis nō concurreret̄: nequaq̄ꝫ igniſ aliqd̄
paſſum alteraret. Eſt autē alteratio vna ſpēs
motꝰ. vt ponit ph'us in poſtp̄dicamt'. Ergo ad
hoc vt ignis poſſ't in actū exire: nō ſolū requi-
ritur forma intrinſeca tanq̄ꝫ principiū mouēs
intrinſecū: ſed etiā motio primi mouētis tanq̄ꝫ
principiū extrinſecū. Sic ad ꝓpoſitum in re
gimine mūdi. ſi. n. deus in oībuſ rebꝰ tanq̄ꝫ pri
mus motor nō influeret: oīa penitꝰ in nihilum
tenderēt. Augu. Oīs creatura viciſſitudiaria
mutabilis eſt: q̄ niſi bonitate ſui conditoris ſer
uaretur in nihilū tenderet. Q̄ꝛuis ğ vnaqueq̄ꝫ
res p̄ ſuā formā conſeruet̄: ⁊ intrinſece mouea
tur vel conſeruet̄: tn̄ extrinſece p̄ dei gn̄alem
influentiā gubernat̄. Apoc. ix. c. Qui hʒ in ve
ſtimēto ⁊ in femore ſuo ſcriptū. Rex regū: ⁊ dn̄ſ
dn̄antium. Inde Paul'. i. Thi. p̊. Regi ingt ſe
culoꝝ īmortali inuiſibili ſoli deo: honor ⁊ gl'a ī
ſecula ſeculoꝝ. Amē. q̄re ⁊c̄. Quantū ad ſe
cundā ꝟitatē dico ex intentōe btī Tho. vbi ſ̄.
ꝙ in hūanis opationibꝰ ⁊ corporalibꝰ motibꝰ
rōnis hūane: nō ſolū requirit̄ forma intrinſeca
ut aīa q̄ opari debeat: ſed etiā reqrit̄ ipſe deuſ
vt principalis motor. Motꝰ aūt dei hꝰmōi ni-
hil aliud eſt q̄ꝫ volūtas dei. vn̄ ſi diuina volū
tas in actibꝰ extrinſecis: nō ɔcurrēt: ꝑfecto ni
hil fieret. Dicamus ğ ſic ꝙ aliqd p̄ noſ agendū
eſt: aut tale vires nr̄as excedit. aut nō. Si nō
excedat ſʒ ſit nr̄e nāe ɔforme: aut tale eſt puꝝ
nāle: aut morale. ſi puꝝ nāle: tūc non oʒ deum
aliter ad tale opus ɔcurrere q̄ꝫ vt p̄mus motō
ſicut pʒ in comeſtiōe: dormitōe: ⁊ alijs opatio
nibus pure nālibus. Si aūt illud ſit morale: tc̄
q̄a hūana nā eſt fedata ex pctō: multa operari
ſic non pōt: ſine dei auxilio ſpāli. Libeꝝ. n. ar-
bitriū ex pctō p̄moꝝ parentū aliqual'r offuſca
ri hʒ: ne ſic ſimpl'r in actū virtuoſum ⁊ moralē
exire poſſit vt vellet. Propt̄ qd̄ paul'. aiebat.
Non qd̄ volo bonū ago: ſed qd̄ nolo malū. Et
ob hanc liberi arbitrij infirmitateʒ neceſſe eſt
deū in operationibꝰ moralibꝰ humanis nō ſo-
lum vt primū motorē cōcurrere. veꝝ etiā ma
natiue. i. ꝙ ꝟtus gratuita ſup̄addat̄ ꝟtuti nāe
Et ponit idē doctor notabile exemplū de īfir
mo. q̄ licet de ſe poſſit habē motū: nō tn̄ motuʒ
ſil'em hoīs ſani: niſi auxilio ſanet̄ ſiue iuuetur
medicant' ſic. Sic ī propoſito in nā hūana ex
primoruʒ parentū peccato infirmata. p̄s. Niſi
q̄a dn̄s adiuuit me paulominꝰ habitaſſet in in
ferno aīa mea. Si ꝟo bonū qd̄ operari intēdi
mus: humane nāe facultateʒ excedat. vt ſunt
fides: ſpes: ⁊ charitas: q̄ ſunt ꝟtutes infuſe: ⁊ ñ
ex libero arbitrio cauſate: vt pʒ ī. ij. diſ. xxviij.
tūc neceſſe eſt vt ad talia adipiſcēda deꝰ habi
tum: quo ad illa diſponamur infundat. Et hic
habitꝰ dicit̄ diuina gr̄a. Inde. i. Pe. ij. dr̄. Ma
xima ⁊ p̄cioſa nobis ꝓmiſſa donauit: vt p̄ hec
efficiamur diuine gr̄e cōſortes. i. gr̄am tanquā
quoddā ſupnāle donū nobis ad diuinā perci-
piendā nām: per gl'am deus ipſe donauit. q̄re
ſatis pʒ predicta ꝟitas. Quantū ad tertiaʒ:
dico de cōi theologoꝝ intentōe: ꝙ diuina gra
tia multiplici ſolet vocabulo appellari. Aliqñ
enī dicit̄ gratia gratū faciens. aliqñ gratis da
ta. aliqñ operans. aliqñ cooperans. aliqñ ꝑue-
niēs. ⁊ alñ ſubſequēs. Gr̄a gratū faciēs ē hitꝰ
ſupnāl'r ī aīa a d̄o īfuſus: hoīeʒ ad deū ordinās

vt ſibi iungatur tanq̄ʒ vltimo fini. Et ſecūduʒ
hanc meremur vitā eternā: ⁊ ſine ipſa null⁹ ad
vitam eſt actus meritorius. de qua primo Co
rin. xiij. Si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ
⁊c̄. p̄s. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.
Gratia gratis data: eſt habitus quidā a deo ī
fuſus: q̄ ſupra nature facultatē ⁊ pſone meritū
concedit: ipſum hominē ad quedā ipſius vlti-
mi finis p̄paratoria ordinans: vt ſunt ꝓphetia
miracula: ⁊ ſimilia. p has. n. grās gratis datas
ordinat hō: vt vltimo fini iungat̄. p̄. Corin. xij.
Unicuiq̄ʒ dat̄ manifeſtatio ſpūs ad vtilitateʒ
alioꝝ. Ex q̄bus apparet: q̄ differentia eſt iter
grām gratis datā: ⁊ gratū facientē: qm̄ grā g
tū faciens ad proprie aīe iuſtificatiōʒ: ⁊ nō a-
lioꝝ: hoī īfundit̄. Sed grā gratis data ad alio
rū iuſtificationē ⁊ vtilitatē infundit̄. Nā poſi-
to q̄ tu aīa mea ſis in dei grā gratū faciente
ꝯſtituta: nō ꝓpter h̄ erit aīa Petri iuſtificata.
Sed poſito q̄ infuderit tibi deus prophetiaʒ:
ſpiritū miracula faciendi: ⁊ huiuſmōi: manife-
ſtū eſt hanc ipſaʒ grāʒ grandi multitudini xp̄i
anoꝝ ꝓfuiſſe. Luc̄. p̄. Ipſe multos ꝯuertet ad
dn̄m. dictū eſt de Joāne baptiſta: qđ gl̄oſus
deus quotidie facit in ſuis p̄dicatoribus: quos
niſi dn̄s mitteret: tot⁹ mundus q̄ſi ſodoma ex
titiſſet. Et nō tn̄ q̄ nō proprie grā gratis data
ordinat̄ ad iuſtificationē alioꝝ: ſʒ hn̄ ad alioꝝ
vtilitatē. vn̄ licet p miracula ⁊ p̄dicatiōes ho
mines diſponant̄ ⁊ inſtruant̄ ad fidē ſpē ⁊ cha
ritatē: ſine q̄bus hō vltimo fini iungi non pōt:
tn̄ ꝓpter h̄ nō iuſtificat̄: vt pʒ. Requirit. n. gra
tiā iuſtificatio gratū facientē p̄uiā. h̄ ī ſniā po
nit btūs Tho. p̄ma ſe. q. cix. Grā opans di
cit̄ diuinus quidā motus: q̄ voluntas mouet̄ ī
terius vt bonū velit: qđ p̄us recuſabat. Q̄uo
illuminatus fuit Paulus in damaſcū ꝯ xp̄ʒ p
gens. vn̄ percuſſus ait. Dn̄e quid me vis facē.
Grā coopans eſt quidā diuinus aſpectus q̄
aīa ad bonū mota iuuat̄: vt ad actū p̄ueniat.
Et p hanc grām aīam ipſam deus in bono ꝓ
poſito interius firmat: ⁊ exterius p̄bet facul-
tatē opandi. Aug. de li. ar. vt āt velimus opa
tur ſ͂us; vt pficiamus nobis cooperat̄. Aliq̄n
tn̄ ſtrictiori mō grā operans dr̄ habitus aīe ſu
pernāliter datus: ipſam ſanans: iuſtificans: ⁊
deo gratā faciens. Cooperans ṽo eſt idē ha-
bitus aīe infuſus: liberꝝ arbitriū adiuuans ad
bonū: qđ eſt principiuʒ actus meritorij. Et ſic
grā nō accipit̄ pro motu diuino ſeu auxilio ad
bene volendū vel agendū: ſed pro habitu aīe
a deo infuſo ⁊c̄. Grā p̄ueniens pōt dici oīs
grā: ſiue ſit diuinus motus: quo aīa mouet̄ tn̄
ſiue ſit habitus infuſus: dū tn̄ voluntatē ante
cedat ſiue operationē eius. Et de hac ait Au
gu. de nā ⁊ grā dicens. Grā preuenit vt ſane-
mur. p̄s. Miſericordia aūt dn̄i preueniet me.
Grā ſubſequens pōt ſimilr̄ dici grā q̄uō li-
bet accepta: aut propoſitū voluntatis firmās
aut opi coadiuuans: dū tn̄ voluntatē vel opa
tionē eius ſequat̄. ⁊ de hac Aug. vt. ſ. grā ſub
ſequit̄: vt ſanati vegetemur. Hec oīa de intē-
tione btī Tho. vt. ſ. Nota vt̄ʒ ipſe dicit q̄ li-
cet pluribus an̄dictis modis grā appellet̄: nō
tn̄ eſſentialiter ad inuicē differunt: ſed ſolū ſʒ
diuerſos modos accipiendi grām. Et Bona.
ſup illo ṽbo magr̄i. ij. ſniaꝝ. diſ. xxvij. vʒ. Grā
opans eſt inquantū voluntatē hoīs liberat. co
operans ṽo inquantū eandē adiuuat. dicit ſic
Grā cū vna ſit: multiplices tn̄ hʒ diuiſiones:
ſm ꝯſiderationes multas. Et facit idē doctor
hanc diuiſionē: grā pōt ꝯſiderari quantuʒ ad
ſubiectū in quo eſt: quantū ad p̄ncipiuʒ a quo
eſt: quantū ad oppoſitū ꝯ qđ eſt: ⁊ quātū ad af
fectū ad quē eſt. Sed hoc ad pn̄s relinquam⁹
vide ibi ſi placet. quare ⁊c̄.

De fructibus diuine grē. Cōſideratio t̄tia.

**T**ertio loco. Diuie grē vberrimā fructuoſitatē videam⁹. vbi tres a
lias cōcl̄ones ſubiūgam⁹. vʒ. Pri
ma illuminat in fide: mundana di-
ſcernere facit: cooperit delicta: ⁊ grā refrige-
rat eſtū. Scđa nudat ipſe deus: ⁊ celeſtia cu
pere facit: reſtituit bona: ⁊ ipſa decerpere fac̄.
Tertia forma nobiliſſima eſt: ⁊ in neceſſita-
tibus clamat: aīam iuuat: ⁊ tandē gloria coro
nat. In his tribus cōcl̄onibus duodecim diui
ne grē fruct⁹ ꝯtinēt̄: đ q̄b⁹ p̄ticularit̄ videaʒ⁹.

De quattuor primis diuine grē fructibus.
Concluſio prima.

**A**ccipe primā cōcl̄onē ⁊c̄. In qua con
cl̄one quattuor ponunt̄ diuie grē fru
ctus. Primus dr̄ illuminatiu⁹. Se
cundus dr̄ diſcernitiuus. Tertius dr̄ coopi-
tiuus. Et quartus dr̄ refrigeratiuus. Pri
mus dr̄ illuminatiuus. Cū. n. ingenij nr̄i ſit ter
minata facultas: ⁊ p ꝯn̄s operis termiāti: ſi ad
quorūdā ſuaꝝ viriū excedentiū cognitionē p
tinger̄ cupit: neceſſe ē vt aliquo ſupnāli lumi
ne ⁊ dono iuuet̄. Duo āt ſunt ad pn̄s h⁹mo-
di lumina. ſ. donū intellectus: ⁊ fides. vtrunq̄ʒ
n. iſtoꝝ aīam in cognitionē dirigit. diuerſimo
de tn̄. Nam fides eſt circa alta myſteria: per
ſimplicem aſcenſum. Sed donum intellectus
per rationis aminiculum. vt dicit dn̄s Bona.
in ſe. di. xxxv. Inde fit: vt quidam alta myſte
ria tantū lumine naturali penetrari volētes:
in varios multipliceſq̄ʒ dānabiles inciderunt
errores. prima Pe. ſo. Melius inquā erat il
lis non cognoſcere veritatem: q̄ʒ poſt cognitā
veritatem retrorſum verti. Et Hiero. Qui-
cunq̄ʒ aliter ſcripturaʒ intelligit: q̄ʒ ſpiritus ſā
ctus efflagitat: a quo ſcripta eſt: licet ab eccle
ſia non receſſit: tamen hereticus appellari po
teſt. Et Augu. Nunq̄ʒ inq̄t inuenio q̄ xp̄s aut
apoſtoli ſeminauerit: q̄ xp̄s aīaʒ nō haberet.
Immo ait. Triſtis eſt aīa mea vſq̄ʒ ad mortē.
ſed orta eſt hec zizania a fetido appoliari. Nū
q̄ʒ inuenio in canone ſeminatū: q̄ xp̄s attulit
corp⁹ celeſte. ſʒ nata eſt hec zizania a toſichato
Ualētino. Nunq̄ʒ repio q̄ xp̄s fuerit pur⁹ hō:
aut purus de⁹: ſed vtrūq̄ʒ. Quia p̄us in forma
dei: poſtea in forma ſerui. ſʒ nata eſt h̄ zizania
a fetidis Eutide ⁊ Neſtorio maledictis. h̄ ille.
Nec tn̄ aīa mea his ṽbis credas pctm̄ eſſe:
hēticas ingrere opiniones: ⁊ d̄fenſare. dū tam̄
pati ſumus ſemp aſſentire ṽitati. Audi Aug.
Si qui ſniam ſuā q̄uis falſam atq̄ʒ p̄uerſaʒ: nl̄
la ptinaci aīoſitate defendūt. querūt aūt tāta
ſolicitudīe veritatē: pati corrigi cū inuenerint
nequaq̄ʒ ſunt inter hēticos ꝯputandi. hec illeꝭ.
Inde beat⁹ Tho. ſa ſcđe. q. c. lxvij. dicit q̄ vi
tium curioſitatis nō eſt circa cognitionē ṽitatꝭ
directe. ſʒ circa appetitū ⁊ deſideriū coḡſcēde
ṽitatis. Un̄ curioſitas pōt ſic deſcribi. Curioſi
tas eſt circa reꝝ cognitionē quidā ſciendi inor
dinatus appetit⁹. proptea Eccl̄. iij. dicit̄. Altio
ra te ne q̄ſieris: ⁊ fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris
⁊ in pl̄ib⁹ opibus ei⁹ ne fueris curioſus: ⁊ īfra
Multos. n. ſupplātauit ſupſtitio illoꝝ: ⁊ in va
nitate detinuit ſenſus eoꝝ ⁊c̄. Inde Aug. Cū
q̄runt inq̄t quidā: q̄d faciebat de⁹ ante mundi
ꝯſtitutionē. reſpondendū q̄ eternā gehennam
curioſis prepabat. Quare ꝯcludam⁹ q̄ diuia
grā p donū intellect⁹: aut p fidē: vel alio mō ī
tellectū illuminat ad verā ſalutꝭ viā cognoſcē
dam. p̄s. Declaratio ſmonū tuoꝝ illuminat et
intellectū dat puulis. i. hūilib⁹. q̄re ⁊c̄. Se-
cūdus fruct⁹ dicit̄ diſcernitiuus: q̄ diuina grā
mundana diſcernē facit. Un̄ nō hanc regl̄am
gnālem q̄ ſicut ſolis lum̄ eſt tenebre oppoſitū
⁊ ſua p̄ntia mediū illuminat. q̄ eſt act⁹ eius. vt
dicit̄. ij. de aīa. Lum̄ eſt actus diaphani ſm q̄
diaphanū. ſic diuina grā tenebre ſpūali: que ē
culpa ipſa mortal̄ ꝯ̄ria eſt. ⁊ ſua p̄ntia totā aīaʒ
illuminat: vt ſuū caſum quē incurrit: penā quā
meruit: gl̄aʒ quā amiſit ꝯſideret: multaq̄ʒ alia
p pctm̄ offuſcata māifeſtat. Audi Greg. libro
moꝝ. Dum inq̄t nos grā diuini reſpect⁹ illuiat
cuncta mētis nr̄e abſcōdita manifeſtat. hoc lu
mine illuſtrat⁹ filius ꝓdigus ſui peccati putre
dinē: turpitudinē: grauitatē: ⁊ multitudinē re
cognouit dicēs. Heu q̄ʒti mercenarij in domo
pr̄is mei abundāt panib⁹: ego aūt hic fame pe
reo. Silr̄ ⁊ illuminat⁹ latro in cruce pendens
vociferabat. Memēto mei dn̄e dum veneris
in regnū tuū. hoc lumē clauit. Magdalena q̄n
mūdanis abiectis: lachrymis ſuis pedes dn̄i
lauit. Luc̄. vij. Audi Aug. in ſolilogis de ſeipo
dicentē. Cōuerſus ſum: ⁊ vidi tenebras meas
in q̄bus fuerā: abyſſum tenebroſam in q̄ iacue
ram: ⁊ dixi. Ue tenebris meis in q̄b⁹ iacui. ve
cecitati mee in q̄ lumē celi videre nō poteraʒ
ve p̄terite ignorātie: qua nō te coḡſcebaʒ dn̄e
⁊c̄. Terti⁹ fruct⁹ dicit̄ cooperitiu⁹. vbi acci
pe regulā gn̄alem: q̄ ſicut veſtimentū coopit
corporis vituperiū: ſic diuina grā anime fedi-
tatem. i. Pe. iiij. Charitas coopit multitudinē
peccatoꝝ. Apoc̄. ix. Datū eſt illi. ſ. aīe vt coope
riat ſe biſſino ſplendēti ⁊ cādido: qđ eſt gratia
dei. Inde miſer nr̄ primus parens dum hanc ī
nocentie ſtolā perdidit: ſe nudū vidit. nō q̄ an̄
peccatū ſe nudū non aſpiceret. ſed illa nuditas
cū illa deformitate: ſicut poſt peccatū viſui nō
occurrit. Et ſic intelligit Aug. xi. ſup Geñ. ad
litterā: vbi ſic ait. Non pmiſit deus primos pa
rentes ſuam nuditatē aduertere: eoꝝ menteʒ
in diuina ſuſtollēs. i. eleuans: in quadā ſimpli-
ciſſima ⁊ attenta diuinoꝝ conſideratione: niſi
poſt peccatū. quia mox vt peccatuʒ conſuma-
uerunt aperti ſunt oculi eoꝝ taʒ mentis q̄ʒ cor
poris: vt ſe nudos aſpicerētꝭ. Mentis quideʒ:
vt bonū qđ amiſerāt: ⁊ malū in quo ceciderāt
viderent. Corporis quidē vt ſua verenda aſpi
cerent: ⁊ rebellionē carnis ad ſpūm ſentirent:
nec iniuria ſane. Merito. n. diuinis iuſſionib⁹
rebellanti: cuncta ei ſubdita rebellaut̄. quare
⁊c̄. Quart⁹ fructus dicit̄ refrigeratiu⁹. Un̄
accipe regulam gn̄alem: q̄ ſicut aqua refrige
rat ⁊ extinguit ſitim: ſic diuina gratia inordiā
tum appetitū habendi. De quo appetitu Boe
tium de ꝯſolatione audi metricantē. Si q̄ʒtas
inquit rapidis incitus pontus verſat arenas.
Aut quot ſtelliferis edita noctib⁹: celo ſidera
fulgent. Tantas fundat opes: nec retrahit ma
num pleno copia cornu. Hūanū miſeras haud
ideo genus ceſſet flere q̄relas. hec ille. Quan
tis queſo periculis nauigāt nautē mare. Quā
tis ⁊ mercatores in terra periculis ſe exponūt
vt habeant: ⁊ hanc mūdi miſerā ſubſtantiā cu-
mulent. Sed audi q̄d diuina grā faciat. p̄ma.
Thi. vlti. Habentes alimēta quib⁹ tegamur:
his cōtenti ſimus. Propterea Aug⁹. aiebat.
Inquietū eſt cor noſtrū dn̄e: donec q̄eſcat ī te
Hanc ſpiritualem aquā petebat bona illa mu
lier ſamaritana. Domine da mihi hanc aquaʒ
⁊c̄. Joh̄. iiij. c. ⁊ ſic patet preſens ꝯcluſio.

De quattuor alijs diuine gratie fructibus.
concluſio ſecunda.

**A**ccipe ſecundam concluſionem. vide
licet. Nudat ipſe deus: ⁊ celeſtia cupe
re facit: reſtituit bona: ⁊ ipſa decerpe
facit. In hac concluſione alij quattuor ſubdū
tur diuine gratie fructus. videlicet. Pri-
mus dicitur manifeſtatiu⁹. Secūdus dicit̄
deſideratiuus. Tertius dicit̄ reſtitutiuus.
Et quartus dicit̄ participatiu⁹. Primus
inq̄ʒ fructus h⁹ quaternarij diuine grē dicitur
manifeſtatiuus. Unde accipe regulam gene-
ralē q̄ nūq̄ʒ dn̄s fec̄ ſup aliquē pplm̄ iudiciū
aliqđ: niſi p̄us reuelauerit ſuis ſuis. Amos. iij. c.

Nõ faciet inq̃t dñs verbuꝫ.i.operationẽ: niſi
reuelauerit ſecretuꝫ ſuuꝫ ad ſeruos ſuos pro-
phetas. Prophetia eniꝫ dicit̃ a pro qḋ ẽ ſupra
ꝛ phanos apparitio:q2.ſ. viris huiuſmodi q̃dã
a nr̃a cognitione diſtantia diuinitus reuelãt̃.
Inde dicit Iſidoꝛ⁹ ethimo. ꝙ ꝓphete appel-
lati ſunt videntes: q2.ſ.qḋ ceteris erat occul-
tũ videbant. vñ ꝛ gẽtiles eos vates appellãt
ꝛ.vj.ethi. phũs nr̃ ait: ꝓphete dici pñt ꝓpha-
toꝛes:eo ꝙ ꝓphant̃.i.a remotis phant̃:ꝛ ď fu-
turis vera p̃dicant. Ubi nõ ꝙ oĩs ꝓphetia:a-
ut eſt de p̃territo:aut de pñti:aut ď futuro. ꝑ
phetauit de p̃territo Moyſes. Geñ.ꝓ. In pn
cipio creauit deus celũ ꝛ terrã. de pñti ꝓphe
tauit Eliſabeth. Luc.ꝓ. Uñ h mihi vt veniat
mr̃ dñi mei ad me. ꝓphetauit de futuro Iſa.
vij. Ecce ṽgo cõcipiet ꝛc̃.ſicq; de alijs. ꝛ hoc
vltimo ꝓphetandi mõ intelligit̃ regula nr̃a.
Hic tu ipſe o lectoꝛ declara q̃liter añ diluuij di
em ſui coꝛdis ſecretũ dñs ſuo ſciſſimo Noe r̃-
uelauit. Simil̃r iudiciũ Sodome Loth. ꝛ ex-
cidiũ Niniue Ione deus patefecit. heu ĩfelix
Italia anteq̃ȝ tantis flagellis punireris: p q̃t
ãnoꝝ curricula p̃dicatoꝛes ſancti ꝓclamarũt
dic vt placet. Scḋs fructus dr̃ deſiderati-
uus. vñ accipe regulã gñalẽ ꝙ ſancti ꝛ quili-
bet in gr̃a exñtes:moꝛi ꝓ xp̃o deſiderant. Cu
pio diſſolui clamat Paul⁹ ꝛ eẽ cũ xp̃o. Quid
credis coꝛ illud intrepidũ Petri ꝓpulſauerit
vt xp̃o audacter diceret:paratus ſum ꝛ in car
cerẽ:ꝛ in moꝛtẽ ire. niſi h ſcã manuſ ſpũs ſcti.
Et Didimus ille vñ h ſibi vt diceret. Eamus
ꝛ moꝛiamur cũ eo. Et vñ ſancti apoſtoli ibant
gaudentes a ꝯſpectu concilij. certe nõ niſi ab
vbertate diuine gr̃e. Quis nõ infinita tollera
ret ꝓ xp̃o: qui infinita tollerauit ꝓ ꝑp̃lo xp̃ia
no. p̃ma Petri.ij. xp̃s paſſus eſt ꝓ nobis: no-
bis relinquens exẽplũ: vt ſequamini veſtigia
eius:qui pccã nr̃a ipſe ꝑtulit ſup lignũ: vt pec-
catis moꝛtui iuſtitie viuamus. ꝛ q2 oĩa mẽbꝛa
nr̃a nõ vacabant a culpa:iõ oĩa mẽbꝛa xp̃i ſu-
ſtinuerunt penã. Oculis.n.fleuit ꝛ lachꝛyma-
tus eſt: vt in ſuſcitatione Lazari. Io.xj. Auri-
b⁹ blaſphemias audiuit Math.xxvij. Uach
qui deſtruis ꝛc̃. Naribus ſpurcitias carnificũ
odoꝛatus ẽ. Totã faciẽ dedit cõſpuentibus ꝛ
velãtib⁹. Iſa.l.trenoꝝ. iij. oꝛe ꝛ gutture guſta
uit acetũ. p̃s. Dederunt in eſcã meã fel:ꝛ in ſiti
meo potauerunt me aceto. Humeriſ poꝛtauit
crucẽ:pectus pugnis fuit percuſſum: doꝛſum
flagellis ceſuꝫ: caput coꝛona ſpinea coꝛonatũ
manus pedeſq; cruci affixi : lancea latus ꝑfo-
rauit:oĩa oſſa in cruce extenſa. p̃s. Dinumera
uerunt oĩa oſſa mea:ꝑ totũ coꝛpus cruoꝛ ꝛ ſã-
guis emanauit. Et h oĩa pertulit ꝓ pccĩs tuiſ
aĩa mea:q2 ipſe peccatũ nõ fecit:nec eſt inuen
tus dolus in oꝛe eius: ꝛ p̃nceps mundi nõ ha-
buit in eo quicq;. Io.xij. dicamus ĝ ſic omneſ

O dñe ieſu mea doles vulnera nõ tua. ꝓ me
doles:qui ꝓ te nõ habebas vñ doleres. Sed
prochdoloꝛ tu vita ꝓ me in ligno moꝛieris : ꝛ
ego moꝛticiniũ ꝯ te adhuc in delitijs viuo. tu
doles:ꝛ ego gaudeo. tu ploꝛas:ꝛ ego rideo. tu
crucẽ poꝛtas:ꝛ ego equito. tu ꝓ inimicis oꝛaſ
ꝛ ego odia poꝛto. tu nudaris veſtimẽto:ꝛ ego
induoꝛ purpura. tu acetũ guſtaſ:ꝛ ego cibaria
bona. quid retribuã dño pro oĩbuſ q̃ retribuit
mihi. Audi Gregoriũ in mo. Si mens foꝛti in
tentione in deũ dirigat̃: quicq̃d ſibi in hac vi-
ta amarũ fit: dulce exiſtimat. Audi Auguſti.
de cathetizandis rudibus. Cõſtans inq̃t ꝛ ꝑfe
ctus debet eſſe amoꝛ nr̃: vt ſi neceſſe fuerit: a
moꝛe illius moꝛiamur : qui amoꝛe nr̃i placide
ac benigne ꝓ nobis moꝛi dignatus eſt. Inde
Paulus ad Ro. viij. Quiſ inq̃t nos ſeparabit
a charitate xp̃i: tribulatio: an anguſtia: an fa-
mes ꝛc̃. dic totam. Et ſic pꝫ ſecundus fruct⁹.
Tertius fructus dr̃ reſtitutiuus. vñ iſtã ac
cipe regulã gñalẽ ꝙ ſicut herba ꝛ flos ſine aq̃
paleſcit ꝛ flapeſcit: vt ita dicã: ꝛ roꝛe aut aqua
ſupueniente vireſcit ꝛ reuiuit. ſic bona fcã : ꝛ
poſtea per peccatũ moꝛtificata: ꝑ ſuperueniẽ
tẽ gr̃am reuiuiſcunt. ꝛ h de bonis añ pccm̃ fa-
ctis intellige. nõ ãt in peccatis. qm̃ talia nũq̃ȝ
vitã habuerunt ꝓpter gr̃e defectũ: q̃ vita aĩe
eſt: vt diximus. ŝ. vñ ṽſus. Illa reuiuiſcunt q̃
moꝛtificata fuerunt. Uiuer̃ nõ poſſunt: q̃ moꝛ
tua nata fuerunt. h eſt cõis theolo. ſchola. q̃re
ꝛc̃. ꝛ ſic pꝫ iſta cõclõ. Quartuſ fruct⁹ dr̃ ꝑti
cipatiuus. vñ hanc aliã accipe regulã gñalem
ꝙ ſicut hõ ob peccatũ moꝛtale velut putridũ
ꝛ infectũ membꝛũ quantũ ad gloꝛie meritũ
a coꝛpoꝛe abſcindit̃ eccl̃ie. quo fit: vt bñficio-
rũ eius influxũ nequaq̃ȝ ſuſcipere poſſit : vt ď
filio ꝓdigo pꝫ. Luc.xv. Ego aũt hic fame pe-
reo: ſic ecõuerſo per vnionẽ ad eccl̃ie coꝛpus
qḋ fit per gr̃am: neceſſe eſt ꝙ hõ particeps oĩ
um bonoꝝ q̃ in eccl̃ia fiunt. Audi prophetaꝫ.
Particeps ego ſum oĩum timentiũ te. Oiuꝫ
dicit vt totũ deſignet oꝛbẽ. p̃s. Pro hac.ſ.aĩa
in gr̃a exñte: oꝛabit ad te oĩs ſanctus ĩ tp̃e op
poꝛtuno. Nec mirũ vt Augu. ait: Chriſtiana r̃
ligio ĩ xp̃o oĩuꝫ poſſeſſoꝛe oĩa poſſidet. q̃re ꝛc̃.

De alijſ vltimis quattuoꝛ diuine gratie fru
ctibus. Concluſio tertia.

Ccipe tertiã cõclõnẽ. vꝫ. Foꝛma no-
a bilisſima eſt: ꝛ in neceſſitatib⁹ clamat
aĩam iuuat: ꝛ tandeꝫ gloꝛia coꝛonat.
In q̃bus ṽbis quattuoꝛ alij ſubdũt̃ diuĩe gr̃e
fructus. Prim⁹ dr̃ nobilitatiuus. Scḋs dr̃
inuocatiuus. Tertius dr̃ iuuatiuus. Et q̃r
tus dr̃ coꝛonatiuus. Primus inq; dicit̃ no
bilitatiuus. vnde accipe regulã generalẽ ꝙ ſi
cut nobiliſſima foꝛma in materialibus. nobiliſ
ſimã exigit in materia diſpoſitionẽ: vt pꝫ p2io
phiſicoꝝ. ꝛ ſo de aĩa. Sic nobiliſſima foꝛma ĩ



ſpiritualibus nobiliſſimã requirit in anima di
ſpoſitionẽ. Nobiliſſima autẽ ſpũalium foꝛma
eſt beatitudo ipſa eterna. Iuxta illḋ. q̃d ꝓdeſt
hõi ſi vniuerſum mundũ lucret̃: aĩe ṽo ſue de-
trimentũ patiat̃. ĝ ad hñdum hanc aĩe foꝛmaꝫ
requirit̃ nobiliſſima diſpoſitio. nobiliſſima aũt
diſpoſitio eſt ipſa diuina gr̃a. i. Coꝛ.xiij. Si lin
guis hominũ loquar ꝛ angeloꝝ ꝛc̃. Et ſubiun
ge hanc maximã ꝙ tanta eſt diuine gr̃e ṽtus:
dignitas: atq; potẽtia: vt etſi de⁹ de ſui abſolu
ta potẽtia: ſine aliq̃ foꝛmato precedẽte merito
peccata relaxare poſſit. Tam̃ de eius potẽtia
oꝛdinata hoc facẽ non põt: niſi aĩa diſpoſita re
periatur. Diſponit̃ autẽ ipſa diuina gr̃a. p̃s. A
nima mea ſicut terra ſine aq̃ tibi. ĝ ꝛc̃. Se-
cundus fructus dicit̃ inuocatiuus. vnde accipe
regulã gñaleꝫ ꝙ nullũ in creatis rebuſ eſt ita ĩ
orationib⁹ exauditionis ſingulare remediuꝫ :
fecit nec inuentus eſt dolus in ore eiꝰ. non meū
vſurpauit honorē: qꝛ non rapinā arbitratꝰ eſt ſe
eſſe equalē deo. ad Phił. ij. Semꝑ. n. me cōmē
dat ⁊ laudat. Io. Ego honorifico prēm meuꝫ
⁊ uos inhonoraſtis me. Nō mihi inobediēs: imo
ſemꝑ ait. Fiat volūtas tua. Non veni faceꝛ vo
luntatē meā: ſed voluntatē eius q̄ miſit me. Sū
me etiā ipſum amo: qa eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ in quo
mihi bene ↄplacui. Math. xvij. Quare ergo tā
fortiter clamas prī ſancte. moriaꝛ filiꝰ meꝰ xp̄s?
Clamo frater Ambroſi ꝓpter nimiā. i. maximaꝫ
charitatē: quā ad humanaꝫ hēo nām: ne ipſa ſuo
fine fruſtreꝛ a quo ꝑ inobediētiaꝫ cecidit. Io. iij.
Sic deus dilexit mundū vt vnigenitū ſuum da
ret. Nullus. n. eſt q̄ poſſit facere pacē inter me ⁊
humanā nām: niſi filiꝰ meꝰ quē ſub tua carne ce
laui: vt in carne qua offendit: patiaꝛ ⁊ moriatur.
Inde aplus ad Eph. ij. c. ait. Uos q̄ aliqn̄ eratiſ
lōge. ſ. ꝑ culpe inimicitiā: facti eſtis ꝓpe. ſ. ꝑ pacē
verā ⁊ vnitiuā in ſanguine xp̄i. Ipſe eſt pax nr̄a
q̄ fecit vtraq̄ꝫ vnū. ⁊ infra. Per crucē īterficiēs
inimicitias in ſemetipſo. Unde accipe hāc rł̄am
ꝙ q̄ꝫtum laborare neceſſe hērent brachia fortiſ
ſimi pugilis volētis celoꝝ ſublimitatē ad ima ī
clinare: ⁊ terre pōderoſitatē leuare ad alta: atq̄ꝫ
in medio ſpacio in pacis oſculo ↄuenirēt tantuꝫ
immo magis incōꝑabiliꝛ neceſſe fuit xp̄m Ieſuꝫ
dei filiū laborare in hac vita ut rigorē altiſſimū
paterne iuſtitie ad ima deflecteret: ⁊ pōdus nr̄e
ǧuiſſime culpe ad alta leuaret. p̄s. Iuſtitia ⁊ pax
oſculate ſūt. ſ. cū xp̄s ī cruce dixit. Paꝛ ignoſce
illis: qa neſciūt q̄d faciūt ⁊c. Scd̄a vox ē hn̄
dicti filij eterni patris. ⁊ q̄d clamat? Uolo mori.
p̄s. Clamās facte ſunt rauce fauces mee. Et q̄r
xp̄e uis mōi? an licet cuipiā ꝓpriā deſiderare ne
cē? an tu in mūdo ꝑiclitari times: aut ſuiſ ī laq̄is
īnodari. q̄re mortē clamas. an deſpatus es. q̄s
tibi nocere pōt. Nōne in ditione tua cūcta ſunt
poſita: ⁊ nō eſt qui tue poſſit reſiſtere voluntati.
Heſter. xiij. c. quid igr̄ mortē vocās. Clamo fra
ter Ambroſi: qꝛ nullo alio ↄgruentiori mō honō
patris mei recuperari: aut humana nā ſaluari pōt.
Nōne equū eſt vt q̄ꝫtum ex culpa humane nāe
prēm meū inhonoratuꝫ cerno: tm̄ omni via qua
poſſum illū recuperē. ⁊ tāto ardenti mō id faciā
q̄ꝫto amore ⁊ charitate illū diligo. Honorē autē
paternū recupare nō poſſū niſi ego in carne exi
ſtens ꝑ eius amore inhonoratōibꝰ ⁊ paſſiōibꝰ di
uerſis ſuccūbā. Infinitū vſurpauit ſibi humana
natura honorē peccando. infinitā dehonoratio
nē ⁊ penā opportet humanā nām ſubire ꝑ tanta
culpa ſatiſfaciēdo. Humana āt ipſa nā hoc facē
non pōt: ⁊ tn̄ debet. ⁊ ego inq̄ꝫtum deus poſſum
⁊ non debeo. Ergo verus deus homo in carne
hac intendo inq̄ꝫtum homo tradi: percuti: ligari
flagellari: condemnari ⁊ mori. Inde Baſilius ī
regula monacoruꝫ loquens de hominis repara
tione. ſic ait. Hominē ſerpentis arte deceptum
⁊ in pctm̄ lapſum: ⁊ ꝑ peccatum in mortem vſq̄ꝫ
deuolutū: nequaq̄ꝫ deus deſpexit. legem in ad
iutoriū dedit. ꝑfecit angelos. deſtinauit ꝓphas

conat⁹ malicie ↄminationū ſeueritate ↄpeſcuit.
bonoꝝ deſideria munificētiſſimis repromiſſiōi-
bus ꝓuocauit. ⁊ finē vtriuſq; uite multis imagi
nibus p̄figurauit. nec cū beneficijs ei⁹ eēmus in
grati: auertere potuim⁹ ⁊ a nobis excludere mi-
ſericordiā ei⁹. ſ; reuocamur a morte: ⁊ iteꝝ viui
ficamur ꝑ dn̄m Jeſū: qui pro nobis uulneratus
ē: ut eius liuore ſanaremur: ⁊ morte turpiſſima
cōdemnat⁹: ut nos ꝓuocaret ad uitā: ⁊ diuinita
tis ſue tribueret eē ꝑticipes. ⁊ mun⁹ eternitatis
nobis idulſit. ⁊ ſuꝑ oē qd̄ petere aut itelligē poſ
ſum⁹ credentib⁹ ⁊ diligentibus ſe p̄parauit. h̄ il-
le. q̄r ⁊c̄. Tertia vox eſt ſpūs ſcī cū iā vt ex di
ctis p;: pr̄ filio: nec filius ſibi ipſi ꝓ amore ḡnis
hūani pepercerit: ⁊ nō ſolū bn̄dictus Jeſus ꝓ ami
cis: verūetiā ꝓ inimicis aiam. i. vitā ponere n̄ ↄ̄
ſprevit: ſpūs ſcūs ait. ⁊ ego quidē qui amor ſū pa
tris ⁊ filij. ego vinculū dilectiōis: ego charitas:
nūquid a voluntate eoꝝ diſcors ero? tu pr̄ eter
ne ꝑꝑ nimiā charitatē clamas moriat̄ fili⁹ meuſ
xp̄s. tu fili bn̄dicte clamas. Ecce morior ꝑꝑ glo
riā vr̄am. i. Cor. xv. Quia maiorē charitatē nēo
h;: vt aiam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Jo.
xv. Ego charitas ⁊ amor quid dicā? qd̄ clama-
bo? certe clamabo. Moriat̄ Jeſus: vt charitas
nr̄a cognoſcat̄. O duri ⁊ idurati ⁊ obdurati filij
Adā: vt Ber. ſuꝑ cātica ait. Quos non emollit
tāta bn̄ignitas: tāta flāma: tā igenſ ardor amōiſ:
qui pro vilib⁹ ſarcinulis taꝫ p̄cioſas merces ex-
pēdit. hec ille. Quarta uox ē oīum āgeloꝝ. ⁊
uos ſcī āgeli qui i xp̄i natiuitate cātaſtis. Glīa i
excelſis deo ⁊c̄. ⁊ tā igens gaudiū paſtorib⁹ nū-
ciaſtis: ⁊ i deſerto ⁊ paſſione miniſtraſtis: qd̄ di-
citis: an ⁊ uos hūc pauperculū xp̄m ad mortem
clamatis? Clamamus ⁊ nos moriat̄ dulciſſim⁹
dn̄s nr̄ Jeſus xp̄s. ⁊ quare āgeli dei tm̄ pctm̄ cō
cupiſcitis? an ⁊ uos inimicari illi itēditis: aut q;
nobis aliqd̄ ipſe malū itulerit? nō pr̄ Ambroſi.
ſed q̄re ḡ? q; cernim⁹ decretū eē dei nō poſſe cō
gruentiori mō nr̄aꝝ ſediū reparatio fieri. ad Col.
ꝑ. Pacificans ꝑ ſanguinē crucis e⁹: ſiue q̄ i celiſ
ſiue q̄ in terris. Quantus āt debeat eſſe nume-
rus ſaluandoꝝ: patuit ſmone. iiij. ⁊c̄. Quīta
vox eſt oīum ſpirituū reproboꝝ. O demoneſ ⁊
legiones infernales: quid dicitis de morte xp̄i?
an ⁊ uos ad mortē clamatis? clamam⁹ quidē. ſ;
quare? q̄ vobis inde vtilitas. Satis vtile nobiſ
erit dn̄a vitaſſe. nā aias multas nobis tollit. ↄ-
uertit ſedentē in toloneo. ⁊ ſuꝑ oīa Magdale-
nā publicā peccatricē. q̄; citius morieſ tā citius
mala nr̄a finient̄. o male fere: ſi ſciretis quid ſub
illa carne lateat: nō ſic clamaretis ad mortem.
Job. xxxix. Jn oculis ſuis quaſi hamo capiet le
uiatā. ps. Ego āt ſū uermis ⁊ nō homo. Fuit eiꝫ
crux xp̄i quaſi piſcantis baculus l' harūdo: diuīaſ
quaſi hamus: ⁊ caro extitit quaſi eſca. nā diabo
lus p̄ſumens de aſtutia tpe paſſionis aſcēdit ſu
per baculū crucis vt attente ↄſideraret: ſi inue
niret in xp̄o culpā. ⁊ tandē q; i eo habebat qcq̄;
ſm glo. Thobie. vi. Dū eſcā hūanitatis degluti
re molitus eſt: diuinitatis hamo extitit cōprehē
ſus ⁊c̄. Sexta uox eſt oīum iuſtoꝝ. o ſcī p̄res
⁊ uos ridite q̄ſo qd̄ dicitis de morte xp̄i? Mo-
riat̄ inquiunt nr̄ dulciſſimus xp̄s. o bn̄dicti p̄res
quare nō defenditis inocentē xp̄m? at illi altiuſ
clamant. moriat̄ nr̄ Jeſus xp̄s. licet. n. per circū-
ciſionē ⁊ alia ſacr̄a a peccato origīali mūdati ſi-
mus: nō tm̄ a reatu. i. a pena ꝑuationis viſiōis
dei. ⁊ hec pena per xp̄i paſſionē tolli d;. Ego a-
it Jſa. c. lxiiij. Decies milies clamaui ad dn̄m.
vtinā dirumperes celos ⁊ deſcenderes vſq; ad
ima terre. ⁊ Zacha. ix. c. ait. Tu quoq; in ſangui
ne teſtī tui emiſiſti. i. emittes uictoſ de lacu in q̄
nō erat aqua. ⁊ ps. ait. Quotiens ego ipſe ꝓphe
taui: dicens. Quis aſcendet in montē dn̄i: aut qſ
ſtabit in loco ſcō e⁹? inocens manibus ⁊ mūdo
corde: qui tm̄ xp̄s eſt ⁊c̄. vſq; ibi dn̄s fortis ⁊ po
tens: dn̄s potens in prelio: de quo Luc̄. xj. dr̄.
Cū fortis armatus ⁊c̄. dic totā. Fortis armatuſ
xp̄s eſt: qui manu inermi ⁊ affixa cruci debella-
uit areas p̄tātes. vt Augu. ait. Moriat̄: moriat̄:
moriat̄ ḡ Jeſus xp̄s deus nr̄ ⁊c̄. Septīa uox
eſt oīum iudeoꝝ. o iudei qd̄ dicitis? vultis ⁊ uoſ
xp̄m debē mori? volum⁹. ⁊ q̄ morte? crucifige:
crucifige eū. hem qd̄. n. mali fec̄? Crucifige: cru
cifige eū. Et q̄re? q; ꝑꝑ ipſū tollēt romani locū
nr̄m ⁊ gentē. q; ſe regē nr̄m facit. O miſi n̄ au-
ditis eū dicentē. regnū meū n̄ eſt de h̄ mūdo. o
dira ipietas. xp̄s tpale n̄ q̄rit regnū q̄ p̄ſtat eſuū
nos dicim⁹ oīno q̄ moriat̄: q; expedit ut vn⁹ hō
moriat̄ ꝓ ꝑplo vt n̄ tota gēs pereat. ⁊c̄. Octa
ua uox eſt oīum elemētoꝝ. nā cū hō a ſuo fine ꝑ
culpā deordinatus eſſet: neceſſe ē ut oīa creata
quoꝝ hō ē quodāmō finis: qm̄ ꝑꝑ hominē crea-
ta ſunt. vt Augu. ait. ēt inordinata remanerent.
Et hūana nā clamat xp̄m ad mortē. q; per ipſū
ſaluari ⁊ ordinari d;. iō opus eſt ut ⁊ nos hōi de
ſuientes pariter clamem⁹ xp̄m ad mortem ⁊c̄.
Nona uox eſt Jude ſcariothis. qd̄ dicis tu o
Juda de tuo bono magr̄o a q̄ tāta ſuſcepiſti bo-
na? Crucifige: crucifige eū. ⁊ quid tibi mali fec̄.
ꝑdidi ꝑꝑ ipſū triginta argenteos. ⁊ iō q̄ro oppō
tunitatē ut eū morti tradā: ⁊ ſuꝑ ei⁹ barbā recu
perabo. xxx. argenteos. hei Juda miſer ⁊ miſa-
bilis homūcio: incōpabilē theſauꝝ. xxx. argēte-
is poſtponis. qd̄ tibi iudi magnificū ꝓ xp̄o emē
do dare poſſunt. an hieruſalē cū ſamaria tibi ſuſ
ficeret. certe ſi celū angelicāq; nām: mundū ⁊
q̄ mundi ſunt ſponderent: nō recōpenſarent va-
lori mīme ptis xp̄i. q; in ipſo ſunt oēs theſauri ſa
pientie ⁊ ſcientie dei abſconditi ⁊c̄. an ſi ad eius
matrē glorioſā v̄ginē acceſſiſſes: ⁊. xxx. argen-
teos poſtulaſſes: putas q̄ a Magdalena: Laça
ro: ⁊ Martha: q; ditiſſimi erant: mutuo aut po
tius dono nō habuiſſet. quid igit̄ clamas ad mō
tē: ad mortē: n̄ facias miſer. crucifige eū. O pau
percule xp̄e oēs tuā mortē ſitiūt: ⁊ ardenti aio
petunt: quid facies: an reſtat tibi amic⁹: an refu
giū aliqd̄ habeſ. pater Ambroſi nō hēo niſi meā
dulciſſimā matrē q̄ me genuit: lactauit: ⁊ aluit.

Decima vox eſt v̄ginis glorie. O dulciſſima
v̄go vis q̄ tu⁹ filius moriat̄? hem dixam me filij
Ambroſi arbitraris matrē. Quō filiū ſine pctō
⁊ gr̄a ſpūs ſancti genitū: quē tantis cū periculis
enutriui: ad mortē iudicabo? Nonne benedicta
v̄go es ↄtenta q̄ humanū genus ꝑ ipm̄ ſaluet̄?
ſic fili mi. o mater: an neſcis ſine ei⁹ morte id fie
ri nō poſſe? ita fili mi: ſcio oīa iſta. Luce. ij. Ma
ria aūt ↄſeruabat oīa verba hec. Et quare non
clamas ad mortē? Nō mihi aius fili ad hoc ferri
pōt: ſ; ſi oꝫ fiat voluntas dei. Jnde Origenes i
expoſitōe illi⁹ dicti Luce. ij. c. Et tuā ipſi⁹ animā
ꝑtrāſibit gladi⁹: ſic ait. Nulla docet hiſtoria bt̄āꝫ
mariā ex hac vita gladij occiſiōe migraſſe. p̄ſti
cū non aīa: ſed corp⁹ ſoleat interfici. vnde reſtat
intelligi gladiū illud de quo dr̄. Et gladi⁹ in la-
bijs ipſoꝝ: hoc eſt dolorē dn̄ice paſſiōis aiam e⁹
ꝑtranſiſſe. que etſi xp̄m: vtputa dei filiū ſponte
⁊ ꝓpria voluntate mori: ⁊ mortē ipſam nō dubi
taret eſſe deuictuꝝ: ex ſua tm̄ carne ꝓcreatū nō
ſine doloris affectu potuit videre crucifigi. hec
ille. q̄re ⁊c̄. Et hec ſufficiant ꝓ p̄ma v̄i. Qc̄tuꝫ
ad ſcḋam dico q̄ licet oēs ſuꝑdicti xp̄m clamarēt
ad mortē: ⁊ ita ↄformarent̄ in volito: non tam̄ in
rōne volēdi. Qm̄ alia rōne voluit pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpi-
ritus ſcūs ⁊c̄. ſi bene ſuꝑdicta ↄſideras: videbis
rōnibus diuerſiſ affectaſſe. Jnde Aug. in encha
ridion: ⁊ allegatur a magr̄o in ꝑ. di. xl viij. ſic ait.
Quaſdā volūtates ſuas vtiq; bonas iplet ꝑ ma
loꝝ hoīum voluntates malas. ſicut ꝑ maliuoloſ
iudeos bona uolūtate patr̄ xp̄s pro nob̄ occiſuſ
eſt. qd̄ tantū bonū fuit: ut ap̄l's Petrus: qn̄ id
fieri nolebat: ſathanas ab eo q̄ occiſus eſt: dicē-
tur. hec ille. Ex quo ſoluit̄ q̄ſtio dicit ibidē magr̄
qua queri ſolet vtꝝ viris ſanctis placere debue
rit q̄ xp̄s pateret̄ ul' occideret̄. Debuit. n. eis pla
cere intuitu nr̄e redēptionis: ſed nō intuitu eius
cruciat⁹. Uoluerunt ḡ ac vehemēter cupierunt
xp̄m mori ꝓpter liberationē hominū: ⁊ ipletōeꝫ
diuine voluntatis. ſed nō voluerunt delectatio
ne ipſius afflictōiſ ⁊c̄. De hoc etiā diximus feria
quarta p̄cedenti. quare ⁊c̄. Qc̄tum ad tertiaꝫ
p; miſſo breuiter q̄ tm̄ illi peccauerūt qui mala
intentōe ⁊ volūtate xp̄m ad mortē clamauerūt
vt p; ex dictis. Et iſta ſuffiāt ꝓ p̄ma ↄcluſione.

De neceſſitate mortis Chriſti ↄcluſio ſecūda.

Accipe ſcḋam ↄclōnē. v;. Tanta erat veri
tas conditōis humane in xp̄o: vt de ne-
ceſſitate opporteret q̄ aliqn̄ moriretur
vbi tres inquiramus v̄itates. v;. Prima v̄itaſ
eſt. Unde ſumpta eſt ⁊ ſumit̄ iſta neceſſitas mo-
riendi. 2ª An xp̄s ſi nō fuiſſet mortuus lig̃ cru-
cis: mortuus aliqn̄ fuiſſet morte naturali. 3ª eſt
iſta. Utrū fuerit neceſſe q̄ xp̄s haberet oēs no-
ſtras penalitates. Quantū ad p̄maꝫ dico q̄
neceſſitas moriēdi ſumit̄ ex trib⁹. ex cauſa. ſ ho.
v̄tute corporis. Cā de neceſſitate i nobis ē du
plex. ſ. culpa p̄moꝝ pentū. ⁊ ↄplō nālis. Nā iō ↄ̄
neceſſitate ſum⁹ morituri: q̄a pctm̄ originale ↄ̄hi
mus. ⁊ q̄a ex ↄ̄rijs inuicē agentib⁹ ⁊ patientibuſ
ↄpoſiti ſumuſ. ſ. igne. aqua. aere. ⁊ terra. Oē aūt
ex q̄ttuor elementis ↄpoſitū aliqn̄ corrūpet̄. vt
dr̄ in li. de ḡnatione. Anteq̄; pctm̄ humana nā ↄ
mitteret: mortal' quidē erat ⁊ de neceſſitate mo
ritura ſm̄ nām compoſitā ex ↄ̄rijſ. Sed illi imor
talitatē ex gratia donauerat de⁹ ſi in ſtatu ino-
centie ꝑduraſſet. ⁊ ſic tm̄ ex vna cauſa mortalis
erat. nunc v̄o ⁊ neceſſitate nature ⁊ neceſſitate
ↄtracte culpe: neceſſe eſt vt moriat̄. ad Hebr̄. ix
Statutū eſt homini ſemel mori. ps. Quis eſt hō
q̄ viuit ⁊ non videbit mortē? De hoc ad plenum
diximus feria quinta quarte dn̄ice in p̄ma cō
ſideratione. Cauſa mortis ſumpta ex ſubiecto ē
duplex. ſ. ex ꝑte nature: ⁊ ex ꝑte perſone. Nam
ſiue conſidereſ naturā humanā in Platone: ſiue
eius perſonā: Plato de neceſſitate morieſ. ps.
Mane ſicut herba tranſeat: mane floreat ⁊ trāſ
eat: veſpere decidat: induret ⁊ areſcat. Tertia
cauſa ſummit̄ ex virtute corporiſ. ⁊ hoc etiā duo
bus modiſ. aut ex parte nāe: aut ex ꝑte volunta
tis morimur. ḡ tam ex parte nāe q̄; ex ꝑte volū-
tatis q̄a velim⁹: nolimuſ: mori nos oportet. nec
aliq̄ v̄tus nāe: aut etiā ipſa volūtas morti ↄ̄dice
re pōt. vt p;. q̄re ⁊c̄. Qc̄tū ad ſcḋam v̄i. dico q̄
de hoc ſunt due famoſe opiniones. Quidā enim
dicere videnſ q̄ xp̄s ſi morte crucis: aut etiam
alia peregrina morte nō obijſſet: naturalit̄ mor-
tuuſ nequaq̄; fuiſſet. Primo q̄a cauſa mortꝭ fuit
peccatū. Gen̄. ij. c. Jn quacūq; hora comederitꝭ
morte moriemini. Et hoc idē ꝓbat hu̅iſ Tho. 4ª
ſe. q. clxiiij. S; in xp̄o nō fuit aliqd̄ pctm̄. vt p; i
iij. di. xvi. Ergo ſi ꝑegrina morte n̄ obijſſ;: mōte
nāli nō obijſſet. Jtē nō minoris ꝑfectōis fuit xp̄ſ
q̄; Adā in ſtatu inocētie. S; Adam in illo ſtatu
imortal' erat. ut p; in 2ª ſniaꝝ. di. xix. Ergo ⁊ xp̄ſ
a fortiōi imortal' erat. Et hāc opiōnē publice te
nuit frater Jacob⁹ de marchia ordinis minoruꝫ
dum ibi ꝓ quadrageſima p̄dicaſſet. Quidā aūt
oppoſitū ſentiūt. qd̄ ſic ꝓbant. Oē ↄpoſitum ex
q̄ttuor elemētis infra ſperā actiuoꝝ ⁊ paſſiuorū
aliqn̄ corrūpet̄. vt p; ex 2° de ḡnatione. Et rō vt
ibi dr̄ eſt: q̄a elementa cū ſint inuicē actiua ⁊ paſ
ſiua: ⁊ dictis elemētis in corporib⁹ mixtis quat-
tuor q̄litates corrn̄deāt. ſ. ſanguis. flegma. colēa
⁊ melācolia. q̄a colera h; qualitatē ignis. ſāguis
aeris. flegma aque. melancolia terre: p; q̄ ex a
ctōe ⁊ reactōe mutua ipſoꝝ fit deſpatio quedā.
⁊ per cōſequens egritudo: ⁊ ſubſequēter mors.
Et per cōſequens de neceſſitate tale ex ↄ̄rijs cō
poſitū opportet corrūpi ⁊ mori. De hoc eſt etiaꝫ
textus. xv. q. i. c. merito querit̄. §. vt itaq;. vbi ſic
dr̄. Jnfirmitas que ꝓprie carniſ dr̄: eſt que elem̄
toꝝ ſeu humoꝝ cōcordia ꝑturbata caro ipſa af-
fligit̄: ⁊ tandē ipſa diſſoluitur. Tunc ultra. Cum
xp̄s verus fuerit hō: ⁊ ꝑ cōſequēs ex q̄ttuor ele
mētis cōpoſitus: neceſſe erat ipſum q̄tū ex ꝑte
nature aliquādo mori: nō ſuperueniēte aliqua
gratia p̄ſeruatiua: que ipſū a corruptōe ⁊ mōte
p̄ſeruaret. Secūdo arguūt ſic. Cum calor nālis
quottidie agat in humidū radicale: ⁊ reſtauret

per humidum cibale: ex ſecundo de aïa, ſequiẗ
ꝙ ubi reperiẗ talis actio ⁊ ĩſtauratio ſublato a-
limento: corpus de neceſſitate interiret niſi eēt
aliqua grã pͦſeruatũ: ſicut fuit in xp̃o tpe ieiu
nij ſui. Mat. iiij. c. ⁊ in Helia: ⁊ multis alijs. ſed
in xp̃o fuit talis actio ⁊ reſtauratio: ⁊ p ↄ̃ns ſub-
lato cibo mortuus nãliter de neceſſitate eſſet.
Hoc videẗ ↄfirmare Aug. ſo de baptiſmo par
uuloꝝ: vbi exp̃ſſe cõcludit: ꝙ ſi xp̃s non fuiſſet
morte crucis interfect⁹: ſenio certe defeciſſet.
Et h̃ pp ↄditionẽ humane nãe quã in ꝟitate ac
ceperat. vt pꝫ in. iij. di. xv. Huius opinionis vĩ
dñs Bona. in. iij. di. xvj. Et qꝛ h̃ opinio videtur
verior: ponã aliqua dicta dñi Bõa. ibidẽ. Pri
mũ dictũ eſt ꝙ neceſſitas moriẽdi in xp̃o ñ fuit
oĩno ſimilis nr̃e neceſſitati: ſed aliquo mõ ſimiliſ
⁊ aliquo mõ diſſimilis. Similis quidẽ ex pte na
ture ↄpoſite. qꝛ eius corpus cõpoſitũ erat ex q̃t
tuoꝛ elementis ſicut ⁊ nr̃m. Diſſimilis: qꝛ non ex
pte culpe. qꝛ nulla in eo erat macula ↄ̃cta pctĩ:
vñ moꝛi neceſſitareẗ. Itẽ ſimilis ex pte nãe: ſed
diſſimiliſ ex pte perſone. qm̃ ſꝫ nãm humanã mõ
talis erat: nõ ãt ſm perſonã. qꝛ vna eſt dei ⁊ hoĩſ
in xp̃o pſona. Itẽ ſimilis quãtũ ad ꝟtutẽ corpis
nãlẽ: ſed diſſimilis q̃tũ ad uoluntatẽ. qm̃ velis⁹
nolimus moꝛimur: vt dictũ eſt in pria ꝟitate. ſꝫ
xp̃s ſi uoluiſſet nõ obijſſet. ⁊ h̃ eſt qđ dicit magr̃
in. iij. di. xvj. Xp̃s neceſſitatẽ moriẽdi ñ hũit ex
neceſſitate ſue ↄditionis: qꝛ a pctõ imunis. ſꝫ ex
ſola volũtate accepit de noſtra infirmitate po-
nens tabernaculũ ſuũ in ſole. i. ſub tẽporali mu-
tabilitate ⁊ laboꝛe. hec ille. Hoc idẽ dicit Dama
ſcenus. in. iij. libꝛo. ꝙ etſi paſſiones in xp̃o ſꝫ le-
gem nature fierent: non tamẽ coacte: ſꝫ volũta
rie. 2m dictũ eſt ꝙ neceſſitas moriendi in xp̃o
nõ fuit ↄ̃cta: ſed aſſumpta. i. ꝙ ꝟitatẽ hũane car
nis aſſumpſit moꝛti ſubiectã de neceſſitate. ⁊ h̃
p ꝓpriã uoluntatẽ. qꝛ. ſ. ſic uoluit illã carnẽ aſſũ
mere ⁊ vnire eã ſibi. Jo. x. Pono aĩam meã. i. ñ
coactus. Iſa. liij. Oblatus eſt: qꝛ ipſe voluit: ⁊ ñ
aperuit os ſuũ. 3m dictũ ẽ ꝙ licet in xp̃o ex p-
te nãe neceſſitas fuerit moriendi: nõ tñ ſequit: ğ
paſſus eſt velit nolit. qꝛ illa nã a ꝟbo aſſumpta
nõ erat ↄ̃ria uoluntati. nec ſequiẗ ſi neceſſitate
nãe xp̃s moꝛtuus ẽ. ğ nullũ ex tali moꝛte ↄſecu-
tus ẽ meritũ: ↄ̃ magrm̃ in. iij. diſ. xviij. qꝛ in tali
moꝛte concurrit ſua uoluntas: qua nõ coacte: ſꝫ
uoluntarie paſſus eſt. vbi ẽ rõ merendi. Et põit
exm hũs Anſelm⁹ đ eo qui ſe ad opa ſuperroga
tionis obligauit ⁊c̃. Quartũ dictũ eſt ꝙ pec
catũ nõ ẽ talis cã moꝛtis: niſi in genere moꝛtis.
In genere ãt nãe ẽ cõpoſitio ex ↄ̃rijs. ponamuſ
. n. ꝙ vnũ hominẽ iteꝝ deus de t̃ra crearet. cer
te licet hic eiuſdẽ ſpeciei eēt cũ Adã: nõ tñ ab eo
deſcendens p gñationẽ. ⁊ p ↄ̃ns nec pctm̃ origi-
nale ↄ̃traxiſſet. ⁊ tñ niſi p grãꝫ ↄſeruareẗ: de neceſſi
tate moꝛireẗ pp cõpoſitionẽ ex ↄ̃rijs. Quintũ
dictũ eſt ꝙ licet Adã imoꝛtalis eſſet in ſtatu in
nocentie: ⁊ xp̃s moꝛtalis eſſet: nõ tñ Adã perfe-
ctioꝛ xp̃o erat. qꝛ imoꝛtalitas eius erat p grãm

nõ per naturam: vt patet ex dictis. Et hec ſuffi-
ciant quantũ ad iſtã ꝟi. Quantũ ad tertiã di-
co qñ queriẗ: vtꝝ neceſſe fuerit ꝙ xp̃s aſſũme-
ret ⁊ haberet oẽs nr̃as penalitateſ: ꝙ neceſſitaſ
põt ſũmi quadruplr̃ ſm ꝙ quattuoꝛ ſunt gene-
ra cãꝝ. ſ. mãlis: foꝛmalis: efficiens: ⁊ finalis. Di-
co ğ ꝙ nõ fuit in xp̃o aliqua neceſſitas ex parte
foꝛme. ſicut dicimus neceſſe eſt calidum p ſuaꝫ
foꝛmam calefacere. qm̃ in xp̃o nulla foꝛma erat
ſm quam de neceſſitate oppoꝛteret ꝙ haberet
omnes penalitates noſtras. Secundo nõ fu
it in eo neceſſitas ex parte materie. ſicut dicim⁹
neceſſe eſt calidum in ſũmo conuerti in ignem.
quia in eo non fuit hũane nature coꝛruptio. 3o
nec ſm cauſam efficientem ſm quam dicim⁹ ꝙ
lapidem foꝛti impulſu pꝛoiectum neceſſe ẽ mo-
ueri. quia nullus de neceſſitate eum coegit: vt
noſtras aſſũmeret penalitates. Fuit hoc autẽ
neceſſariũ neceſſitate finis: vt. ſ. in illa natura q̃
peccauerat pateretur. qđ ſine noſtris penalitati
bus fieri nequaq̃ potuiſſet: vt declarat beatus
Anſelmus. Et hec ſufficiant pꝛo pꝛeſenti ↄcl̃õe.

Q mod⁹ paſſiõis xp̃i diſpliceat eťno pr̃i ↄ⁹ 3a

Ecipe tertiã conclõnẽ. vꝫ. Qꝛuis moꝛs
xp̃i fuerit eterno pr̃i multuꝫ gratiſſima:
diſplicuit tñ ei moꝛs tam acerbiſſima.
Et licet iſta conclo coꝛrelarie ex pꝛecedentibuſ
ſequatur: tñ ad clarioꝛem intelligentiam tres in
quiramus ꝟitates: vꝫ. Pa ꝟi. eſt. Quot modis
iudei pugnauerunt contra xp̃m. 2a eſt. An oẽs
in hodierno conſilio pugnauerint contra xp̃m.
3a eſt. vtꝝ omnes ibidem exiſtentes ⁊ conſentiẽ
tes contra xp̃m moꝛtaliter peccauerint. Quã
tum ad pꝛimam dico ꝙ iudei triplici pꝛincipali
modo pugnauerunt contra xp̃m. ſ. mendaciter
accuſando: grauiter vulnerando: ⁊ crudeliẗ oc-
cidendo. Primo mẽdaciter accuſando. Ma
th. xxvj. Sũmi ſacerdotes ⁊ omne conſilium q̃
rebant falſum teſtimonium cõtra Ieſum vt eũ
moꝛti traderent. Contra enim ſũmam veritatẽ
falſum uolebant teſtimonium: ſed mentita eſt
iniquitas ſibi. Mat. xiiij. Eoꝛum teſtimonia cõ
uenientia non erant. ps. Filij alieni mentiti ſũt
mihi. alieni quidem filij facti ſunt iudei: quia de
reliquerunt deum: blaſphemauerunt ſãctũ iſrl̃.
alienati ſunt retroꝛſuꝫ. pꝛetereuntes. n. blaſphe-
mabant eũ mouentes capita ſua. Mentiti ſũt
autem ei tripliciter. ſ. falſa crimina imponendo:
deitatem abnegando: ⁊ falſa pꝛomiſſa pollicen
do. Primo falſa crimina imponẽdo. quia no
uiſſime venerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixerũt: hic
dixit. poſſum deſtruere templum hoc: ⁊ poſt tri-
duum reedificare illud. Mat. xxvj. Falſus enĩ
teſtis eſt: vt dicit Hiero⁹. qui in eo ſenſu verba
ꝛfert quo non dicuntur. Ieſuſ ãt locutus fuerat
de templo coꝛdis ſui. vnde dixerat. Soluite tẽ
plũ hoc. iſti autem dixerunt. hic dixit poſſum đ
ſtruere templũ dei. Itẽ xp̃s ſoluite ingt vos nõ
ego: ſꝫ ego i triduo ſuſcitabo illđ. ⁊ iſti aũt ſedi-
ficabãt illđ: ꝙ xp̃e đ tẽplo iudaico dixiſſe uideẗ.

Item dicunt mentiendo ꝙ contradicit ceſari: ⁊
ꝙ ſe regem fecit. quia ipſe fugit in montem qñ
turba eũ regẽ faceẗ voluit. Jo. vj. Criſo⁹ hic ait
Unde iudei hẽtis hoc dmõſtrare: an a purpura
diademate: curru: an a militib⁹? Nõne ſemp ſo-
lus cum duodecim ei⁹ diſcipulis incedebat ⁊c̃?
Item mẽtiti ſunt ei diuinitatẽ eius negando.
aiunt enim. Reus eſt moꝛtis: qꝛ filiũ dei ſe fecit
Audi hic Ambꝛoſiuꝫ in ſermone. Audite inquit
o iudei ⁊ diligẽter diſcutite quid de eius diuiſta
te ſit compertũ. Cecis uiſum. ſurdis auditũ. clau
dis greſſum: mutis donauit eloquiũ. Febꝛeſ ab
egit. doloꝛes reſoluit. demonia eiecit. moꝛtuos
ſuſcitauit. ventis ⁊ mari iperauit. Quid ğ iudei
de filiatõe filij dei ↄ̃ eum cauſamini? qđ celeſtia
pſequimini? Uobis. n. conſtare potuit deuꝫ eſſe
quẽ videbatis facienteꝫ quod nullius creature
ꝟtute noueratis fieri potuiſſe. Itẽ mẽtiti ſunt ei
falſa pollicendo. dicunt. n. ꝙ ſi de cruce deſcẽde
ret in eũ credere vellent. Audi Leonẽ papam.
De quo erroꝛis fonte iudei de quo inuidie lacu
caliũ blaſphemiaꝝ venena potaſtis? quis vobiſ
magr̃ tradidit? que doctrina ſuaſit: vt illũ regeꝫ
iſrl̃ filiũ dei crederetis q ſe crucifigi nõ ſinerct:
aut confixione clauoꝝ libeꝝ coꝛpuſ excuteret?
non hoc vobis legis myſteria: nec vlla concine-
runt vobis pꝛophetaꝝ oꝛa. Illud ꝟo egiſtis. Cõ
pus meũ dedi pcutientib⁹ ⁊ genas meas velãti-
bus. faciẽ meã non auerti ab increpantib⁹ ⁊ cõ-
ſpuentibus in me. ⁊ iteꝝ. foderunt manus meas
⁊ pedes meos. Nũq̃ legiſtis ꝙ de⁹ deſcenderet
de cruce: ſed legiſtis ꝙ regnauit a ligno. hec ille
Et Hiero. ait. Quid. n. plus eſt viuentẽ đ cruce
deſcẽdẽ: uel moꝛtuũ de ſepulchꝛo reſurgẽ? reſur
rexit ⁊ nõ crediditis. ⁊ ſi de cruce deſcenderet
nõ crederetis. hec ille. Et ſic pꝫ quomõ iudei ↄ̃
xp̃m pugnauerũt mentiendo. Scđo ↄ̃ eũ pu
gnauerunt grauiter vulnerando. Hiere. xiij. di
cetur ei. Que ſunt plage iſte in medio manuum
tuarũ? ⁊ dicet. His plagatus ſum in domo eoꝝ
Uulneratus eſt. n. dulciſſimus xp̃s viuus. vulne
ratus eſt moꝛtuus. viuus clauis. moꝛtuus lãcea
ps. Sup doloꝛẽ vulnerũ meoꝝ addiderunt. Et
Job. xvj. Conciderũt me vulnere ſup vuln⁹. qa
vulnerib⁹ clauoꝝ addiderũt lancee vulnus ⁊c̃.
Tertio pugnauerunt ↄ̃ eum grauiter occidẽ
do. Luce. xx. Hic eſt heres venite occidam⁹ eũ.
Et in euangelio hodierno. Si dimittim⁹ eũ ſic:
venient romani ⁊ tollent locũ noſtꝝ ⁊ gentẽ ⁊c̃.
Et hec volo ſufficiant p pꝛima ꝟi. Qꝛtum ad
ſcđam breuiter pꝫ ꝙ oẽs in hodierno ↄſilio contra
xp̃m pugnauert. ſed ſup oẽs pugnauit Caiphaſ
cũ ait. Uos neſcitis qcq̃ nec cogitatis ⁊c̃. Qꝛ
tum ad tertiã dico ꝙ quidaꝫ dicere voluerũt ꝙ
iudei ↄdemnantes xp̃m ad moꝛtẽ ⁊ crucifigen-
tes nõ moꝛtaliter peccauerũt. Et rõ pꝛima eſt.
Quicũq̃ dei voluntatẽ facit: non peccat. iudei
talia faciẽtes fecerunt dei voluntateꝫ. ergo ⁊c̃.
minoꝛ eſt nota p dicta in duab⁹ pꝛecedentib⁹ cõ
cluſionib⁹. ad Ro. viij. Qui ꝓpꝛio filio ñ pepcit:

ſed p nobis oĩbus tradidit illũ. maioꝛ clariſſima
eſt. q̃re ⁊c̃. Scđo ſic. Quicũq̃ rem deo gratam
facit nõ peccat. Judei xp̃m occidẽtes rẽ deo gra
tã fecerũt. ğ nõ peccauerũt. Itẽ ſic erat ꝓphetatũ.
ergo neceſſe erat id fieri. vbi aũt neceſſitas ibi
nec pctm̃. ğ ⁊c̃. Itẽ ꝓpter hoc venit in mũdũ vt
patereẗ. Quare ğ ſi ſic oppoꝛtuit fieri: vt ⁊ ipſe a
it. Oppoꝛtet ſcripturã ipleri i me. Et Luc. xxiiij
Oppoꝛtuit xp̃m pati ⁊ ſic intrare in glãm ſuaꝫ.
miſeri illi iudei moꝛtalr̃ peccauerũt: ⁊ dãnati ſũt.
Sed certe aĩa mea his rõnibus non obſtãtibus
hec ↄclõ ſanctiſſima eſt: ꝙ quõlibet iudei: aut a
liqui alij: vt Pilatuſ in xp̃i moꝛtẽ ↄſenſerũt: gra
uiter peccauerũt. Quoniã nec vt dei volunta-
tem: nec vt gratũ deo quicq̃ facerẽt: vl̃ aliqua
bona intẽtõe xp̃m occiderunt: vel in eius moꝛ
tem ↄſenſerunt. Sꝫ Judas auaricia: iudei odio
⁊ inuidia in xp̃m exarſerunt. Sciebat. n. Pilat⁹
qm̃ p inuidiã tradidiſſent eũ. Crede mihi ſi vt đi
voluntatẽ facerent: xp̃m occidiſſent vel aliquo
illoꝝ reſpectuũ ſupꝛadictoꝝ: pfecto ñ peccaſſet
Nam Abꝛahã vt dei uolũtatẽ faceret: filiũ vo-
luit imolare. Geñ. xxij. Sꝫ nõ ſic miſeri iudei fe
cerunt: vt dictũ eſt. Facit ad hoc ꝓpoſitũ text⁹.
de pe. di. i. c. piculoſe. vbi diciẗ ſic. Periculoſe ſe
decipiunt q exiſtimant eos tñ homicidas eſſe q
manib⁹ hominẽ occidunt: ⁊ nõ potius eos p quo
rum conſiliũ ⁊ fraudẽ ⁊ exhoꝛtationeꝫ homines
occidũẗ. Nã iudei dñm neq̃q̃ ꝓpꝛijs manib⁹ in
terfecerunt: ſicut ſcriptũ eſt. ſ. Jo. xix. Nobis nõ
licet interficere quẽq̃. ſed tamẽ illis dñi moꝛs i
putatur. quia ipſi eũ lingua interfecerunt: dicẽ-
tes. Crucifige: crucifige eũ. Unde vnus euãge
liſta. ſ. Marcus dicit dñm crucifixum eſſe hoꝛa
tertia. alius. ſ. Joãnes hoꝛa ſexta. quia iudei euꝫ
crucifixerũt lingua hoꝛa tertia. milites hoꝛa ſe-
xta manib⁹. Qui ergo hominẽ tradidit: interfeẽ
eũ. dicente dño. Maius pctm̃ hꝫ q tradidit me
tibi. Unde pſalmiſta. Filij hoĩum dẽtes eoꝝ ar
mã ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladi⁹ acut⁹. Subijci
ant ğ ſe pñie quoꝝ ↄſilio ſanguis fundiẗ ſi ueniã
pmereri voluerint. hec ibi Aug. q̃re ⁊c̃. Et hec
ſufficiant pꝛo pꝛeſenti conſideratione.

De imperturbatõe ↄſilij iudeoꝝ ↄſidera⁹ 3a.

# Ertio loco cõſilij

t iudeoꝝ diuinã iperturbatõeꝫ videa
mus. vbi tres concluſiones moꝛe ſo
lito ſubiungamus. vꝫ. Pꝛima cõ-
cluſio eſt iſta. Qꝛuis humanũ genus per dei po-
tentiaꝫ miſericoꝛdiã ⁊ clementiã ſine moꝛte xp̃i
ſaluare potuiſſet: decuit tamẽ vt moꝛte ei⁹ oꝛdo
diuine iuſtitie ſaluareẗ. Secunda concluſio ẽ
iſta. Multas ⁊ graues paſſiones intus ⁊ extra
xp̃s debebat ſuſtinere: ad hoc vt verus redem-
ptoꝛ poſſet apparere. Tertia concluſio eſt iſta
Chꝛiſtus Jeſus p quẽ omnia recte gubernãẗ: no
luit ut in ↄſilio ſuo iudei hodie diſturbarentuꝛ.

Q decuit humanum genus per Chꝛiſti moꝛ
tem ſaluari concluſio pꝛima.

Recipe primā conclonē.τc̃.ut.ſ. vbi tres
inquirimus ḋi.vȝ. Pᵃ ḋi.eſt iſta. qre
noluit deus alio mō q̄ per filij ſui mor
tē humanū genus liberare. 2ᵃ eſt. quō pena τ
paſſio xp̄i humanū genus liberauit. 3ᵃ eſt iſta.
quare ſolus pater dicitur φ tradidit eum: vt di
ctum eſt ſupra. ad Ro.viij. Qui proprio filio nō
pepercit: ſed pro omnibus nobis tradidit illum.

Quantū ad primū dico φ licet alio mō id fie
ri potuiſſet: per mortē xp̄i tn̄ magis ɔ̄uenit. vt no
tat magr̄ in.iij.di.xx.c.i.τ Hugo li. p.gte.viij.c.
x.τ Augu.xij.de trini.c.xiij. Et hoc maxime ꝓꝑ
tres rōnes. Primo ut ſuā charitatē oſtenderet.
Scd̄o ut nos a terrenis eleuaret: τ ad ſe totū
amandū inuitaret. Tertio ut ſuū ingens deſi-
deriū oſtenderet. De hoc ēt infra dicemꝰ feria.vj.
futura. Primo inq̄ ut ſuā charitatē quanta
eſt nobis oſtenderet. Audi Grego.xx.mor. Cum
poſſet deus ēt nō moriendo ſuccurrere: voluit
tn̄ hoībus moriendo ſubuenire. qr nos vȝ. minꝰ
amaret: nec vim dilectionis nobis oſtenderet: niſi
hoc qd̄ a nobis tolleret: ad tp̄s ipſe ſuſtineret. h̄
ille. Jn̄ ait Jo.xv. Maiorē charitatē nemo hȝ:
ut aiam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Et ad
Ro.v.c. Cū adhuc eſſemus inimici xp̄s pro no
bis mortuus eſt. grandis nempe charitas eſt ꝓ
amicis mori: ſed maior pro amicis τ inimicis. Jn̄
deuotius Ber.ait. O bone Jeſu quid tibi τ mō
ri. Nos debuimus: τ tu ſoluis. nos peccauimꝰ:
τ tu his opus ſine exēplo: gr̄a ſine merito: chari
tas ſine mō. nec.n. gratius: nec altius: nec arctiꝰ
diuina gr̄a potuit cōmendari: q̄ φ dei filius ꝓ
nr̄a inſtructione aſſūmeret carnē. τ pro nr̄a rede
ptione aſcenderet crucē τc̃. hec ille. Scd̄o fu
it ɔ̄uenientius xp̄m mori: vt nos a terrenis ele-
uaret: τ ad ſe totū amādū inuitaret. Audi Ber.
Super oīa te mihi amabilē reddit o bone Jeſu
calix quē bibiſti opus redēptionis nr̄e. hic eniȝ
omnino totū nr̄m amorē tibi vendicat. hic nr̄am d̄
uotionē blandius allicit. iuſtius erigit. arctius
ſtringit. vehementiꝰ afficit. hec ille. Tertiō ut
ſuū ingens deſideriū oſtenderet. Sūmope.n. xp̄s
nr̄am ſalutē deſiderauit. propterea in cruce pē
dens aiebat. ſitio. Ber. Ergo bone Jeſu te pluſ
cruciat ſitis q̄ crux: quid de cruce ſiles: τ de ſi
ti clamas. Sitio inquit vr̄am fidē: ſitio vr̄aȝ ſa-
lutē: vr̄m gaudiū: plus aiaꝝ vr̄aꝝ ſalus q̄ cor-
poris mei cruciatus me tenet: vita xp̄i ɔ̄ſume-
bat̄: τ mors expectabat̄. hō nō ɔ̄uertebat̄: ideo
ipſe cruciabat̄: τ dicebat. ſitio τc̃. Hec ſufficiant
pro prima ḋi. Quantuȝ ad ſcḋm preſuppono
vnā regulā quaȝ p̄ſupponit Alanus de regulis
theologie libro tertio in ꝓpoſitione.iiij.ſ.φ ſatiſ
factio pro peccato ſine qua hō nō poterat libe-
rari: debuit eſſe equalis delicto ſiue maior. Itē
debuit eſſe per ɔ̄ria: qr ɔ̄ria ɔ̄riis curant̄. vt vi-
tia per ꝟtutes. ſicut oſtendit btūs Grego. in q̄daȝ
homelia martyꝝ. Hoc preſuppoſito accipiamuſ
peccata primoꝝ parentū: que ſunt ſuperbia: a-
uaritia: τ inobedientia: τ gula. Ad ſanandū iſta

oȝ vt ſuperbia per humilitatē: auaritia per lar-
gitatē: inobedientia per obedientiā: gula p ab-
ſtinentiā ſanaret̄. τ per ɔ̄ñs per regulā dataȝ oȝ
vt humilitas ſit maior aut equalis ſuperbie. lar
gitas maior aut equalis auaritie. τ ſic de alijs
duobus. Et iḋo ut ſuperbia ſanaret̄: humiliauit
ſemetipſū factus obediens vſq3 ad mortem. ad
Phil.ij. Semetipſū exinaniuit. i. ab inuiſibilita
tis ſue magnitudine ſe viſibileȝ demonſtrauit:
formā ſerui accipienſ in ſimilitudinē hominū fa
ctus: τ habitu inuentus ut hō τc̃. Sed forte di-
ceſſi añ xp̄i paſſionē per humile incarnatōis my
ſteriū dei ira placata eſt: ḡ xp̄s fruſtra mortuus
eſt. Itē ſi per xp̄i humilitatē ſuperbia primoruȝ
parentū ſanata eſt: τ ira dei placata: videtur φ
ianua celi patefieri ēt deberet. qḋ tn̄ factū ñ ē:
niſi per xp̄i mortē. vt pȝ in tertio. diſ.xx. Ad h̄
dubiū rn̄det uenerabilis Linconieñſis ſic dicēs.
Hoſtiū regni celeſtis ex peccato primi parentiſ
duobus vectibus nobis clauſum fuit. primꝰ fu
it in ira diuine offenſe. ſecundus ī reatu pene ſa
tiſfactorie que pro peccato exoluenda erat. Et
ideo licet per xp̄i maximam humilitatem ira e-
terni patris placaretur: quia tamen aliud remā
ſit impedimentum. ſ. reatus ſatiſfactorie pene
xp̄s benedictus illud in ara crucis pro nobis ꝑ-
ſoluit.ij. Petri.ij. Peccata noſtra ipſe pertulit ī
corpore ſuo ſuper lignum: ut peccatis mortui iu
ſtitie viuamus. Similiter ut auaritia primoruȝ
parentum ſanaretur xp̄s eius contrarium acce
pit. ſ. ſummā largitatem. auaritia eniȝ τ largitaſ
maxime a ſe diſtant. ex ſecundo ethicoꝝ. τ ideo
quantum illi peccando cupierunt: neceſſe fuit
ut xp̄s tantum ſatiſfaciendo donaret. Cupierūt
autem dei diuinitatem. Geñ.iij. Eritis ſicut dij
ſcientes bonum τ malum. ergo opportebat ut τ
diuinitatem nobis donaret. hoc autem fecit hu
manādo: quia verbuȝ caro factum eſt: τ habita
uit in nobis: τ in die paſſionis largiſſima dona
fecit. Anime enim ſe dedit in cibum τ potum. di
cens. Accipite τ comedite hoc eſt corpus meū:
corpus crucifixoribus: dorſum flagellatoribuſ:
faciem cedentibus τ conſpuentibus: genas per
cutientibus: veſtes luſoribus: ſanguinem reis:
ſudorem infirmis: lachrymas penitentibus: Si
meoni cyreneo crucem: diſcipulo matreȝ: para-
diſum latroni: vulnera in remedium: brachia in
refrigerium: cor in amoris indicium: ſpineaȝ co
ronam in ornamentum: vitam τ mortem in exē
plum: τ vltimo dedit animam patri. Inde Ber
nardus ait. O bone Jeſu q̄ dulciter cum homi
nibus conuerſatus es: q̄ magna τ habundāter
eis largitus es: q̄ dura τ aſpera pro eis paſſus
es: dura verba: duriora verbera: τ duriſſima
crucis tormenta. Neſciui ergo ut tantum me di
ligeret deus. amplius mihi vilis eſſe nō debeo:
qui deum pro me crucifigi τ mori conſpicio. qui
tantum ei placui ut pro me mori eligeret ne me
perderet τc̃. hec ille. Siḃr ut inobediētia prima
curaretur deus ſūmam obedientiam accepit.

Ad Phil.ij. vt ſupra. Et per conſequēs per obe
dientiam crucis inobedientia primorum paren
tum tollitur τ lauatur. Luce.xxiiij. Opportuit
Chriſtum pati: et ſic intrare in gloriam ſuam.
Inde Aug. in li. de ꝟginitate ait. Inſpice vlne-
ra pendētis. ſanguinē morientiſ. preciū redimētis
cicatrices reſurgētis. Caput hȝ īclinatū ad oſcu
landū. cor apertū ad diligendū. brachia extenſa
ad amplexandū. totū corpꝰ expoſitū ad redimē-
dū. Hec quāta ſint cogitate. hec in ſtatera cōdiſ
vr̄i appēdite: vt totꝰ vobis figat̄ in corde q totꝰ
ꝓ vobis fixꝰ eſt in cruce. hec ille. qre τc̃. Quā
tum ad tertiū dico φ iſta traditio ñ dicitur ꝓp̄e
de patre: ſȝ appropriate. Quia ſicut quedā attri
buta diuina toti trinitati cōia diſtinctis approp̄
antur pſonis: ita interdū actuſ exteriores toti tri
nitati actiue cōes attribuūtur alicui perſone: vt
ſpūi ſancto xp̄i cōceptio: verbo ipſa īcarnatio: et
patri ipſa miſſio. Eſſentialr̄ tamē iſta toti trinitati
cōia ſunt: vt ex dictis ſacre ſcripture colligimꝰ.
q̄re τc̃. Et iſta ſufficiant pro preſenti ɔ̄clone.

De paſſioībꝰ τ doloribꝰ xp̄i Jeſu ɔ̄clo ſcd̄a.

Recipe ſcḋam ɔ̄clonē. vȝ. Multas τ gra
ues paſſiōes intus τ ex xp̄s debebat ſu
ſtinere ad hoc vt veruſ redēptor poſſet
apparere. vbi tres ingramus ꝟitates. vȝ. Pria
ḋi. eſt iſta. Quare paſſiōes xp̄i quas ꝓ nobis ſu-
ſtinuit fuerūt ita graues. 2ᵃ eſt iſta. Que fuerūt
iſte tam graues paſſiōes. 3ᵃ ē iſta. Vtꝝ ſint paſ
ſiones grauiores. Quantū ad primā dico φ paſ
ſiones xp̄i fuerūt ita graues ꝓpter q̄tuor. Pᵒ
ꝓpter inferentiū ɔ̄ditōeȝ. 2ᵒ ꝓpter pene gn̄ali-
tatē. 3ᵒ ꝓpter patiētis ɔ̄plexionē. Et q̄rto ꝓꝑ
ſuffragij derelictōeȝ. Primo inq̄ xp̄i paſſio-
nes grauiſſime fuerūt ꝓpter inferentiū ɔ̄ditōeȝ.
Res certe grauis eſt ab extraneo pati. grauior
a ɔ̄ſanguineo τ ɔ̄patriota. Itē grauiſ ab inimico
grauior ab aīco. pſ. Si inimicus meꝰ maledixiſ
ſet mihi ſuſtinuiſſe vtiq3. Chriſtus aūt a ɔ̄patrio-
tis: aīcis τ affinibꝰ ſuis tradit̄ eſt. vt dicit Ori-
genes ſup Math. Unde Canti.i. Filij matris
mee pugnauerūt ɔ̄ me. Mater xp̄i ſc̄m carnem
eſt ſynagoga: ſed ſc̄m ſpūm ſancta mater eccl̄ia ē
eius ſponſa. Et qr mater τ vxor alicuiꝰ ſunt ad ī
uicem ſocrus τ nurus: ideo Math.x. dicebat
xp̄us. Ueni ſepare nurū aduerſus ſocꝝ ſuaȝ. qḋ
in die paſſiōis factū eſt qn̄ ſanguis de eius laterē
fluxit: quo formata eſt eccleſia. τ ſic ſynagoga ē
ab eccleſia ſepata. Inde pſ.xxxviij. Amici mei
τ pximi mei aduerſum me appropinquauerunt
τ ſteterūt. Et idē.lxxxviij. Elongaſti a me aīcū
meū τ proximū meum: τ notos meos a miſeria.

Scd̄o penalitates xp̄i graues τ acerbe fuerūt
ꝓpter pene generalitatē. Qm̄ a planta pedis uſ
q3 ad verticē non eſt inuenta in eo ſanitas. Ca-
put erat denſitate ſpinaꝝ perforatum. facies ad
modū latronis velata. manus τ pedeſ cruci affi
xi. aureſ plene cōuitijs τ iniurijs blaſphemijſq3.
cor eiꝰ lancea perforatū. os felle τ aceto plenuȝ
totū corpus flagellis ceſum τc̃. Audi deuotum

Ber. Caput inquit angelicis ſpiritibꝰ tremebū
dum: denſitate ſpinaꝝ pungit̄. facieſ pulchra pre
filijs hominū ſputis iudeoꝝ inquinat̄. oculi luci-
diores ſole velant̄: τ in morte caligant̄. os quod
populos doctrinabat: felle τ aceto potat̄. manuſ
que celos fabricauerunt in cruce extendunt̄. pe
des quoꝝ ſcabellū adorat̄: clauis in cruce affigū
tur. latus lancea perforat̄. totū corpus crudelit̄
uerberat̄. Quid plura: nihil remanſit in eo ſanū
niſi lingua vt pro peccatoribꝰ exoraret: τ matrē
diſcipulo ɔ̄mendaret. hec ille. Et pſ. Foderunt
manus meas τ pedes meos. dinumerauerunt
oīa oſſa mea. dederunt in eſcā meam fel: τ in ſiti
mea potauerunt me aceto. Et Iſa.lxv. Expādi
manus meas tota die. ſ. ab illa hora qua paſſus
ſum vſq3 ad veſperā ad populū incredulū. ſ. iu-
deorum: vel etiam falſoꝝ xp̄ianoꝝ. Expandit ꝑ̊
xp̄s dulciſſimus in cruce pro nobis patrē oran-
do: dicens. Pater ignoſce τc̃. Item expandit vt
dulciter nos amplexaret̄: τ pacem cū illo facerē-
mus. Itē expandit extra maūs: vt intus eius ar
dentiſſimā charitatē cerneremus. Audi Chriſtū
dulciſſimū Trenoꝝ.iij. Recordare paupertatis
mee: abſinthij τ fellis τc̃. Tertio penalitateſ
xp̄i fuerunt acerbe τ graues ꝓpter patientis ɔ̄
plexionem. Tota enim xp̄i complexio delicata
erat. τ ideo oīs pena illi grauiſſima. Unde ſequi
tur φ ſicut nunq̄ fuit ɔ̄plexio delicatior: ita nec
vlla pena ipſius grauior. Audi Aug. Jacet pro
chdolor extenſus ante hominē deus. τ ſupplici-
um patit̄ rei: in quo nullius peccati veſtigiū po
tuit inueniri. Et Bernar. ait. O vos filie hieru
ſalem videte regē Salomonē ſanguine cruēta
tum: ſpinis coronatū: percuſſionibus liuidū: pur
pura illuſum: geſtis deriſum: verbis cōtumelio
ſum: ſputis maculatū: non imperio clarū: ſed ob
probrio plenū: in omnibꝰ abiectū: τ inſup ad cru
delem mortē ɔ̄demnatū. hec ille. Quarto fue
runt grauiſſime ꝓpter ſuffragij ſubtractōeȝ. Nul
lus vnq3 fuit tam in veteri q̄ in nouo teſtō q in
ſuis penalitatibꝰ aliqḋ refrigeriū nō habuerit ꝑ
ter xp̄m. Inde in cruce clamans dicebat. In te
ſperauerūt p̄res noſtri: τ liberaſti eos. clamaue-
runt ad te τ nō ſunt ɔ̄fuſi. Tres pueros in cami
no ignis illeſos ɔ̄ſeruaſti. machabeos cōfortaſti
τ oēs innocentes in paſſionibꝰ ſuis aliquo mō r̄
frigeraſti. me aūt in tam crudeli morte oīno reli
quiſti. τ cām querit dicens. Deꝰ deus meꝰ vt qd
dereliquiſti me. Ubi Hugo li. 2ᵒ de ſacris. pte pᵃ.
c.x. ait. Quidā putāt diuinitatē in morte a xp̄o r̄
ceſſiſſe. qa dicit Ambroſiꝰ. Clamat hō ſepatiōe
diuinitatis moriturꝰ. Deitas aūt humanitatem
tūc inq̄t deſeruit: inq̄tū vȝ poteſtati inimicoruȝ
eā expoſitā ad tēpus nō defendit. non deſeruit ī
q̄tū etiā tunc ab eā ꝑ maieſtatis pn̄tiaȝ nō receſ
ſit. dereliquit illū: ſed eā non dereliquit. dereli-
quit: quia auxiliū non contulit. non dereliquit:
quia preſentiā ñ abſtulit. ſubtraxit ꝓtectōeȝ: ſȝ ñ
ſoluit vnionē. h̄ ille. Sȝ q̄re ſubtraxiſti auxiliuȝ
ꝑ ſancte. Audi Iſa.liij. Propter ſcelus populi

mei percuſſi eũ. Ambroſius de vita beata h̄ v̄-
ba pertractans: ait. Percuſſit pr̄ filiũ vt alieni-
gena adoptaret. pcuſſit ſolē: vt nobis eius luſ
cõicaret. percuſſit celũ: vt nobis aperiret. pcuſ-
ſit paſtorē: vt grex ſaluaret. percuſſit agnũ: vt
lupus caperet. percuſſit pellicanũ: vt ſanguine
eius fuſo pullus eius viuificaret. percuſſit dñũ:
vt ſuus redimeret. pcuſſit regē: vt pplus dña-
ret. pcuſſit iudicē: vt reus abſolueret. ⁊c. multaſ
ibi pcuſſiones cõnumerat. q̄r ⁊c. Et hec ſufficiãt
pro pñti v̄itate. Quantũ ad ſcḋam v̄itatē licet
in añcedentibuſ aliqua dixerimus: tñ ad pñs di
co ꝙ duplex fuit xp̄i penaꝝ diuerſitas. quedaꝫ
exterior: ⁊ quedã interior. De penis exteriorib⁹
nõ loquimur hic: ſed de interiorib⁹ tm̃. vñ dico
ꝙ quinqꝫ fuerunt acerbiſſime pene xp̄i interiores.
vꝫ. Pr̄ia dr̄ priuationis. nã cũ xp̄i aĩa oĩa i v̄-
bo cerneret. ſ. pñtia p̄tita ⁊ futura: vt dic. Sco-
tus in. iij. di. xiiij. Tantus in xp̄i corde cauſatus
eſt dolor: quanta erat viſio oĩum quos dãnari
cernebat. ſ. ſarracenoꝝ: iudeoꝝ: hereticoꝝ: pa-
ganoꝝ: ⁊ oĩum infideliũ xp̄ianoꝝ. ⁊ latitudo iſti
us doloris tanta erat q̄nta erat amenitas ⁊ dul
cedo paradiſi. vbi iuuent⁹ ſine ſenectute: ſatie-
tas ſine faſtidio: libertas ſine ſuitute: pulchritu
do ſine deformitate: ĩpaſſibilitas ſine mortalita
te: habũdantia ſine indigentia: pax ſine turba-
tione: ſecuritas ſine timore: cognitio ſine ignorã
tia: gaudiũ ſine triſtitia. ſunt. n. ibi duodeciꝫ fru-
ctus beatitudinis: vt alibi oñdimus. Ex quo ſe-
quit ꝙ tanta primo erat xp̄i interior pena: quã-
ta erat imenſitas btĩtudinis ⁊ glorie. Inde Am
bro. Triſtis inquit erat ⁊ triſtis apparebat: nõ tm̃
pp ſuã paſſionē: ſed pp nr̄am tante vite puatõꝫ.
Scḋa dr̄ acquiſitionis: tantus. n. erat in cor-
de xp̄i dolor: q̄nta erat cognitio imenſitatis penã
rũ: quas tantã dãnatoꝝ multitudinē habituraꝫ
cernebat. vbi nõ niſi fletus ⁊ ſtridor dentiũ ⁊c.
3ᵃ dr̄ deſponſationis. ponam⁹ per caſũ aĩa ca
ra ꝙ ſit mulier quedã iperatoris ſoror: prudenſ:
ſapiens: diues: elegans: facunda: ⁊ oĩ elegantia
redimita. Hec amore carnali adamauit iuuenē
quēdã iprudentē: ignarũ: pauperē: ⁊ oĩ uitio ple
nũ. aufugit h̄ cũ viro h̄: ⁊ Romã venit. gr̄a exē
pli. Accidit vt filius quidã regis inde tranſitũ fa-
ciens: vt viſã mulierē adamaret. ⁊ petijt eaꝫ an
vxor eius fieri vellet. aſſentit illa. ille ãt cautã il
lã facit: ne ãplius talia faceret. ſpondet illa oĩa
ſe facturã. Accepit illã: veſtiũtu ornat: in domũ
triũphantē collocat ſuis ⁊ ancillis comitataꝫ: ⁊
ſic cautã de honeſtate pluries faciens: ꝯſus ,p-
priã remeauit: ſpondens illi in breui ad eã ſe re-
uerſuꝝ: ⁊ cũ honore ad ptes ſuaſ ꝯducturã. Inte
rea iſta primo adheſit leccatori: ⁊ oĩa ꝯſumpſit.
Redijt iuuenis: factũ reperit: de illa conquerit
dicens hec ne fides quã dediſti: vbi tãta ꝯuiuia
⁊ pbitas: illa illũ ſpernens corã eo leccatorem
oſculat: ãplexat ⁊ ſtringit. quantũ q̄ſo putas iſti
us magni iuuenis eē dolorē: Sic ⁊ in ,ppoſito.
xp̄s vniuſcuiuſqꝫ aĩaꝫ deſponſauit in fide. Oſee

ij. c. Deſponſaui te mihi in fide: ⁊ in bapti͛ſmo ,p-
mittimus cũ diabolo nunq̄ꝫ adulterari: ⁊ renun
ciamus oĩbus pompis eius. de ꝯſe. di. iiij. c. par-
uuli. vbi dicit textus. Paruuli fideles recte cre
duntur qui fidē per v̄ba geſtantiũ quodãmõ ꝯfi-
tent. ⁊ per eoꝝ v̄ba diabolo ⁊ mundo viuendo
abrenunciant. ⁊ h̄ ſit vi ſacri ⁊ diuine gr̄e quã ḋ-
dit deus eccleſie. paruulus ãt qui baptiçat ſi ad
ãnos rõnales veniens nõ crediderit: nec ab illici
tis abſtinuerit: nihil ei prodeſt qḋ paruul⁹ acce
pit. ſ. quantũ ad vitã eternã. hec Aug. Eſſi q̄ris
q̄r oꝫ eos tenere ad qḋ per alios obligant. Dico
ꝙ ꝯueniens eſt ꝙ qui per aliũ liberat: p aliũ ob
ligetur. de conſe. di. iiij. c. queris a me. heu nobis
miſeris an facim⁹ quaſi in pte minima qḋ ,pmiſi-
mus: Confederamur ,pfecto cũ diabolo: ⁊ xp̄ꝫ
quotidie blaſphemam⁹: ⁊ ipſũ indies luxurijs ⁊
alijs malis operib⁹ ⁊ iniurijs offendim⁹: ⁊ ita ,p
denario vno deũ perdimus. an credis ꝙ hic ſit
magn⁹ dolor pdere tot aĩas tanto cũ labore re-
dēptas: Audi aĩa errans benignũ ſponſũ tuuꝫ.
Hiere. iij. Tu fornicata es cũ amatorib⁹ mltis.
reuertere tñ ⁊ ego ſuſcipiã te. Quarta pena dr̄
pacificationis. ponam⁹ exm̄. Eſt vn⁹ magn⁹ po-
tenſqꝫ dñs qui maximo cũ exercitu caſtrametã
tus eſt hanc. N. ciuitatē: vt fundit⁹ eã euertat ⁊
igne ꝯſumat: oẽſqꝫ in ea habitantes ſine miſicõ
dia pimat. Interea fili⁹ eius cõpaſſione illius ci
uitatis motus. patrē genu flexo exorat vt mi-
ſereat populo illi. Obtēta tñ cũ difficultate pa
ce: ingredit filius ciuitatē inermis. at ille pplm
tremulentũ alloquit: qd facitis miſi: clamat o-
mnes miſicordia: mia: mia. quib⁹ ille. Eritis bo
ni filij ⁊ v̄aces pr̄is mei ſuitores: aiunt vnani-
miter: ita: ita: ita. Sic inquit ille cũ bñdictiõe dĩ.
quid agendũ: dicunt. veniat liber pr̄ tuus ſine
comitiua ⁊ accipiat dñium ciuitatis: quib⁹ ille.
Cauete ne faciatiſ pdimentũ. tandē ingredit
inermis pr̄. cui obuiã oẽs venientes: clamãt. vi
ua: viua: viua. cũqꝫ ad plateã applicuiſſet: cla-
mat vnanimiter pplus. arme: arme: arme. capi-
unt utroſqꝫ. ⁊ filiũ in pñtia pr̄is mēbratim truci
darunt. quē hinc putas aĩa vtrorũqꝫ fuiſſe do-
lorē: A ſimili eternus pr̄ mundũ finire decreue
rat. filius ,p populo orat: placat deus. tunc pro
phete clamare ceperunt. veni: veni ſignore: ⁊
noli tardare. relaxa facinora plebis tue. At cuꝫ
venit plenitudo tp̄is miſit deus pr̄ filiũ ſuũ na-
tũ in mundũ: vt viuam⁹ p eũ. ⁊ tandē intrãte fi-
lio dei in carne ciuitatē hieruſalē: obuiã illi ve
nerunt cũ oliua in ſignũ pacis: ⁊ palma in ſignũ
victorie. ⁊ clamabant. oſãna: bñdict⁹ q venit in
noĩe dñi. Et ut filij eterni pr̄is degeneres: pro-
priũ ⁊ legitimũ filiũ apphēderũt. ⁊ alij palmaſ
in faciē eius cedentes: alij ſputis ingnantes ⁊c.
ipſũ in pñtia pr̄is crudeliter in medio duoꝝ la-
tronũ occiderũt: ⁊ mõtuũ reliq̄runt. Hic aĩa co
gita ſi xp̄s ⁊ pr̄ etern⁹ dolere debebant. ps. Cir
cũdederunt me dolores mortis. ſ. ꝯſiderando i-
iurias dei multiplices ⁊ iudeoꝝ tam ingentem

ingratitudinē. q̄re ⁊c. Accipe vltimã ad pñs pe-
nam xp̄i: que dr̄ mutue paſſiõis. Reuera ſupra-
dicta ingentē triſtitiã in xp̄i corde cauſarũt. ſed
qualē eũ putas habuiſſe dolorē: qñ matrē iux crũ
cē cernebat lachrymantē ⁊ ſemimortuã: Et tan
to intrinſeco cruciabat dolore vt ampli⁹ ſufferre
nõ poſſet: ſed eã diſcipulo ꝯmendauit: dicēs. Ec
ce mater tua. Sꝫ de h̄ ſmõe ſeq̄nti. q̄re ⁊c. Q̄
tum ad tertiã dico ꝙ nõ ſunt poſſibiles maiores
ſed eq̄les: ſi carnē ſupple aſſumeret paſſibilē re-
liquis aliaꝝ pſonaruꝫ. qḋ q̄uis ſit poſſibile vt in
antecedentib⁹ oñdimus: tñ nũq̄ꝫ fiet: q̄r nõ expe
dit. Satis. n. ,ppter pctã ,ppria q̄libꝫ p penitentiã
reſurgere põt. ut pꝫ Ezech. xviij. ⁊ ideo non opꝫ
aliã aſſignare aut reperire viã. qḋ non fuit in pmiſ
parētib⁹: ſed eoꝝ pctm̃ qḋ in ipſis mortale fuit: i
nobis fuit originale. ⁊ ſic eoꝝ pctm̃ nõ tñ ,ppriã
pſonã: ſed etiã totã humanã nãm reſpiciebat: vt
deo duce clariuſ oſtendem⁹ feria ſexta ſequenti
quare ⁊c. Et hec ſufficiant pro preſenti ꝯclõne.
Q̄ deus noluit diſturbare conſilium iudeo-
rum concluſio tertia.

Accipe tertiã ꝯclõnē. vꝫ. Chriſtus Ieſus
p quē oĩa recte gubernant noluit vt in
ꝯſilio ſuo iudei hodie diſturbarent. vbi
tres ingrim⁹ v̄itates. vꝫ. Pr̄ia v̄i. ē iſta. Quot
ſunt male ꝯſiliantes. 2ᵃ eſt. Quare noluit hodie
hoc ꝯſiliũ diſturbare. 3ᵃ eſt. An iudei alia ꝯſilia
ꝯ xp̄m fecerint. Q̄tũ ad p̄mã dico ꝙ multi ſũt
male ꝯſiliãtes. Pr̄io. vane ⁊ pnerſe mulieres.
2ᵒ mali ſubditi. 3ᵒ pnerſi hoĩes. 4ᵒ ſapientes
mũdo ⁊ nõ deo. 5ᵒ cupidi ⁊ auari. Et tot poſſent
multiplicari: quot ſunt hominuꝫ artes deputate
⁊ officia male data. Sed iſtoꝝ q̄nqꝫ tñ deprauã
tũ ꝯſiliũ videaꝫ⁹. Primo male ꝯſiliant vane
⁊ pnerſe ⁊ luxurioſe mulieres. Et lꝫ quottidiana
lenonicia vetulaꝝ p ãmẽ vanaꝝ mulieꝝ volitēt
qḋ pbatione non indiget: tñ vide in teſtõ veteri
q̄ta mala ,ppter malaꝝ mulieꝝ ꝯſiliũ ſecuta ſũt
propter malũ. n. Eue ꝯſiliũ totũ gen⁹ humanũ
periit. Gen. iij. Domina cui Ioſeph ſeruiebat p-
ſuadebat vt v̄ginitatē ⁊ caſtitatē pderet. Gen.
xxxviij. Cõſilio mulieꝝ peruerſũ eſt cor Salo-
monis: vt deo ſpreto idolatraret. iij. Re. ij. Mac.
Ezechie regis Iuda viã ingreſſa dom⁹ Achab
ĩpulit eũ vt male ageret. ij. Paral. xxij. Et Sã-
ſoni Dalida pſuaſit: vt capillos tõderet. Iudicũ
xvj. ⁊ ſic de alijs. In nouo teſtõ ,ppter Herodia
dis malũ ꝯſiliũ: cuꝫ filia ſaltatrix diceret. Quid
petã: Iõãnes bap. decollat⁹ eſt. Math. xiiij. ⁊c.
Scḋo male ꝯſiliant ſubditi. Inde ppl's ꝯſulēſ
Aaron: vt eis vitulũ aureuꝫ faceret vt adorent
eũ: punit⁹ eſt. Exo. xxxij. Filij Aaron male con-
ſuluerũt regi ſuo: vt dehoneſtaret nũcios David
Et ſic ortũ eſt int̃ dictos reges odiũ maximũ. ij.
Re. x. Et ſi tēpus aut licētia daret dicēdi: oñde
rem ruinã dñoꝝ a ſuoꝝ ſubditoꝝ maloꝝ ꝯſilio ſi
ue pſuaſiõe: vt plurimũ hr̄e ortũ. q̄r ⁊c. Ter-
tio male ꝯſulũt pnerſi hoĩes: ſicut Balaã cõſulu
it Balaach ꝙ filios dei faceret fornicari ⁊ iram

dei incurrere. Numeri. xxiiij. Ienadab iniquũ
ꝯſiliũ dedit Amon: vt violaret Thamar ſororē
ſuã. ij. Re. xiij. Amici Aman male ꝯſuluerũt ut pa
raret ſuſpendiũ Mardocheo in eius damnum.
Heſter. v. Itē ĩ teſtõ nouo cũ Barnabaſ ⁊ Pau
lus in multo honore eēnt: quidã pſuaſerũt ppl'is
vt eos lapidarēt. Actuũ. xiiij. Quo etiã mõ per
uerſi phariſei ⁊ ſacerdotes pſuaſerũt populis ut
Barrabã Pilat⁹ dimitteret: ⁊ Ieſum cruce tra
deret. ⁊ ſic de alijſ. Quarto male ꝯſulũt ſapiē
tes h⁹ mundi. quoꝝ deus ſtultã ſapientiã fecit.
Et ſic Architophel Abſaloni pũerſum ꝯſiliũ de
dit. ij. Re. xvj. et tñ eius ꝯſiliũ ita ſanuꝫ putabat:
ac ſi dei non hoĩs eſſet. Sapientes male ꝯſulue-
runt Pharaoni. Iſa. xix. Sapiētes ⁊ rectões po
puli ꝯſuluerũt Sedechie vt Hierēmiã occideret.
Hiere. xxxviij. Et hodie ad ꝯſilium Caiphe di-
cētiſ. Uos neſcitis q̄cq̄ꝫ ⁊c. oēs dixerũt reus eſt
mortis ⁊c. Quinto male ꝯſulunt auari ⁊ cupi
di. Et de hoc eſt plenus totus mũdus. quo et in
laqueo cecidit Iudas dicēs. Quid vultis mihi
dare ⁊c. Et hec ſufficiãt p pñti v̄itate. Q̄tuꝫ
ad ſcḋam vna tñ tibi rõ ſufficiat. Nã cũ vniuſcui⁹
q̄ artificis ſit ,ppriũ res in ſuo eē ⁊ ordine ꝯſua
re: ⁊ deus ſit ſũmuſ omniũ artifex: ꝯgruũ fuit ut
hoĩem in eſſe ⁊ ordine ſuo ꝯſeruaret in quo ipm
creauerat. Creauit eũ liberꝝ. ergo ipſuꝫ ſm̃ ſuuꝫ
liberꝝ arbitriũ opari pmittit. Ex quo poſtea de
malo deus tanta bona collegit. q̄re ⁊c. Q̄tũ
ad tertiã planũ eſt ꝙ plura ꝯſilia iudei fecerunt
ꝯ xp̄m. Et hec ſufficiant p pñ ĩ ſmone. Cõſiliuꝫ
ergo collegerũt phariſei vt xp̄m occiderēt: cui⁹
morte ſanari uita noſtra debebat: ⁊ ſic ad para-
diſum euolare. hic per gratiam. Amen.

Sabbato dñice de paſſione de virgine glo-
rioſa ſermo in ordine trigeſimus nonus.

# Pater clarifica no-

men tuũ. Io. xij. Iã cuꝫ xp̄s ſue mor
tis ꝯfinia cerneret: quadã die in pre-
ſentia diſcipuloꝝ ⁊ turbe ait. Anima
mea turbata eſt qd dicã: pater clarifica me. ⁊ i
fra. Pater clarifica nomē tuũ. cui pater in uoce
rñdit. Et clarificaui ⁊ iterꝝ clarificabo. ſ. in reſur
rectõe. Caro. n. xp̄i ,ppter mortalitatē: aĩa ,ppter
paſſibilitatē: deitas ,ppter occultationē obſcura
videbant. Sed in reſurrectiõe caro clarificat p
ĩmortalitatē. aĩa p ĩpaſſibilitatē. deitas p claraꝫ
manifeſtationē ⁊ nudabilitatē. Et cũ v̄go glorioſa
ſit in hac dilecti filij ſui paſſiõe plurimũ crucian
da: ⁊ maxio cũ vitupio a iudeis deridēda et re-
ſpuēda: ipſa ēt clamare põt ad patrē etnũ. Pat
clarifica nomē tuũ. cui ⁊ ipſe rñdit. Et clarificaui
⁊ iterꝝ clarificabo. Clarificaui q̄dē ĩ tua ꝯceptõe
q̄a ãgel⁹ ad Ioachiꝫ ait. Ecce Anna vxõ tua pa
riet tibi filiã: ⁊ vocab nomē ei⁹ Mariã. Et clarifi
cabo in tua aſſũptõe. ps. Aſtitit regina a dextriſ
tuis ĩ veſtitu deaurato circũdata uarietate. De
qua virginis clarificatõe aliqua in hoc ſmõe ui
deamus. vbi tres ꝯſiderationes faciamus. vꝫ.

ꝙ quecũq̃ꝫ deus ſine creatura operatur: preſer
tim cum modum naturalem non ſeruat opera-
tur in inſtanti. Cum autem hic modum nature
non ſeruet: quia principia nature tranſmutat. ſ.

materiam panis: quã oppoꝛtet manere: vt dr̃ p̊ phiſicoꝝ: ſequitur ꝙ hec conuerſio ſubita erit mutatio ⁊ nõ inſtantanea. Sed ↄtra pater Ambroſi. impoſſile eſt eſſe in eodẽ inſtãti aliquid qđ ſit panis ⁊ coꝛpus xp̃i. ergo nõ eſt idem inſtans ĩ quo ſit coꝛpus xp̃i ⁊ panis. ſed inter quecunque inſtãtia eſt tp̃s mediũ. vt pȝ. vi. phiſicoꝝ. g̃ ↄuerſio hec panis in coꝛpus xp̃i erit ſucceſſiua: ⁊ nõ ſubita. Itẽ tu ipſe dicis ꝙ in hac ↄuerſiõe aliqđ eſt nũc tale qđ prius ñ fuit: ſed vbicũq; eſt prius ⁊ poſteri⁹ hoc mõ ibi erat tp̃s: ⁊ p̱ ↄñs ſucceſſio. Itẽ ex vi v̄boꝝ fit talis ↄuerſio: ut dicis: ⁊ ẽ rei v̄itas. ſed v̄ba ſucceſſiue pꝛoferunt̃. g̃ ⁊c̃. Ania mea tãgis nõ p̱uã difficultatẽ. oppoꝛteret certe multa ð́clarare: qm̃ de hoc inſtãti diuerſi diuerſa dixerunt. Quidã dicũt ꝙ eſt vnũ inſtãs ſ₃ rẽ differẽs tñ rõe. Quidã ꝙ hec cõuerſio ñ ſubdit̃ motui celi: ⁊ p̱ ↄñs nec tp̃i. ⁊ ſic multi multa ↄfirmãt. ⁊ inter ceteros doctoꝛes xp̃i btũs Tho. in q̃rto. di. xi. poptime hanc mãȝ tangit: ⁊ p̃dictoꝝ dicta ↄfutat. Ideo e⁹ dicta colligam⁹. Ait. n. ſic. ꝙ in hac bñdicta ↄuerſione ñ eſt dare vltimũ inſtans: ſed hñ vltimũ tp̃s in quo eſt panis. Et ponit hanc regulã: ꝙ inter tp̃ſ ⁊ inſtãs ñ neceſſario cadit tp̃s mediũ: ſicut cadit inter duo inſtantia. Et rõ eſt. qm̃ p̱hs in. viij. phiſicoꝝ dicit ꝙ qñ ex albo fit nigrũ: in toto menſurante motũ alterationis erat albũ: ſed in vltio inſtanti illius tp̃is eſt nigrũ. ex quo ſequit̃ ꝙ ñ eſt dicẽdũ neq; dãdũ ꝙ in vltio toto illo t̃pe ſit albũ: ſed in toto tẽpoꝛe p̃ter vltimũ nunc illi⁹ tp̃iſ. Et q꞉ añ vltimũ nunc alic⁹ tp̃is ñ eſt accipe penultimuȝ: ſicẽ neq; añ vltimũ linee punctũ penultimũ. iõ ñ eſt accipere vltimũ inſtãs in quo erat albũ: ſed vltimũ tp̃s. Et ſilr̃ eſt de alijs mutationibus q̃ ſunt termini motus. ſicut gñatio eſt terminus alterationis. Nã cũ ex aere fit ignis: in toto t̃pe p̃cedenti alterationis erat aer p̃ter vltimũ inſtans ĩ quo eſt ignis. Et ſilr̃ eſt in illũinatione reſpectu motus localis. Mõ ad p̱poſitũ cũ hec bñdicta ↄuerſio ſit terminus cuiuſdã motus. ſ. p̱latiõis v̄boꝝ: in toto t̃pe p̃cedente erat panis p̃ter vlti^m inſtans in quo erat coꝛpus xp̃i. q̃re pȝ rñſio ad p̱mũ. Ad aliud dico ꝙ ad hanc ↄuerſionẽ nõ p̱tinet niſi illud nunc in q̃ deſinit eſſe panis ⁊ incipit eẽ coꝛpus xp̃i. ſed illđ primũ p̱tinet ad totuȝ tp̃s p̃cedens qđ menſurabat totã v̄boꝝ p̱latõȝ q̃ q̃dãmõ hanc efficit ↄuerſionẽ. Nã ſicut dictuȝ eſt int̃ ſubãm panis ⁊ ſubãm coꝛp̃is xp̃i ñ eſt accipe aliqđ mediũ qđ magis p̱pinquũ ſit coꝛp̃i xp̃i q̃ȝ ſubſtantie panis. Ad aliud dico ꝙ mutatio h̄ eſt in inſtanti: ſed motus p̃cedens eſt ĩ tẽpoꝛe. ⁊ deo v̄ba p̃dicta efficaciã ñ hñt niſi in vltimo inſtanti. Iſta aĩa mea ſunt valde ſubtilia. accipe tñ neceſſe eſt hanc doctrinã p̱p p̱fectiõeȝ mãe p̃ñtis. q̃r ⁊c̃. Quantũ ad tertiã dico ꝙ q̃tuoꝛ ſunt in h̄ ſacr̃o credenda. Pꝛio credendũ ẽ ꝙ ex vi v̄boꝝ ibi ſit veꝝ coꝛpus xp̃i. q꞉ v̄ba ↄſecrationis de coꝛp̃e faciunt mentionẽ. Scđo ꝙ ibi eſt ſanguis xp̃i ex concomitantia ĩmediata: q꞉ ſanguis ĩmediate diſponit coꝛp⁹ ad vitã. 3ᵒ ꝙ ibi eſt aĩa ex cõcomitantia p̱pinqua. q꞉ lȝ aĩa nõ viuificet niſi ſanguine mediante: tñ q꞉ eſt foꝛma p̱ficiens coꝛpus ⁊ ad eandẽ nãm p̱tinens: iõ ipſa ↄcomitat̃ coꝛpus ex cõcomitantia p̱piqua.

Quarto ꝙ ibi eſt deitas ex cõcomitantia remota. q꞉ licet deitas cũ tribus p̃cedentib⁹ vnũ faciat ſuppoſitũ: tñ q꞉ ñ p̱tinet ad eandẽ nãȝ: iõ concomitat̃ p̃dicta tria ex ↄcomitantia remota. Silr̃ ⁊ de calice dicat̃ ſuo mõ. vt ꝙ p̱rio ibi ſit ſanguis. q꞉ v̄ba ↄſecrationis ſolũ de ſanguie faciunt mentionẽ. Scđo ꝙ ibi ſit coꝛp⁹ ex ↄcomitantia ĩmediata. q꞉ coꝛp⁹ eſt ĩmediatũ ſãguiſ receptaculũ. 3ᵒ ꝙ ibi ſit aĩa ex cõcomitantia p̱pinqua. q꞉ ad eandẽ nãm p̱tinet. Quarto ꝙ ibi ſit diuinitas ex ↄcomitantia remota. q꞉ p̱tiet ad idẽ ſuppoſitũ. Ex his aliqua coꝛrelaria ↄcludamus. Pꝛio. n. ex his dictis ſequit̃ ꝙ populus cõicans in die ſcõ paſce: ˡ alio t̃pe: lȝ vinũ ñ ↄſecratũ poſt coꝛp̃is xp̃i ſumptionẽ ſũmat: nõ tñ ſequit̃ ꝙ coꝛp⁹ ſine ſanguine ſũmat: qm̃ concomitat̃ coꝛpus: vt dictũ eſt. Sed q̃re p̱r Ambroſi ſacerdotes coꝛpus ⁊ ſanguinẽ diſtinctis modis ſũmunt? Certe aĩa cara h̄ iõ faciunt. q꞉ cũ xp̃i locũ in terris teneant: ritũ xp̃i in cena datũ cũ ſacerdotes inſtituti ſunt ſuant: qui p̱mo paneȝ in ſui veꝝ coꝛp⁹. deinde vinũ in ſui ſanguis v̄itatẽ ↄſecrauit. vñ poſito ꝙ ſacerdos cõicaret ſe vt p̱ſonã priuatã. vt puta in infirmitate: tunc ei dat̃ ſacr̃m ſicut ⁊ laicis. q̃r ⁊c̃. Scđo ex ſup̱ dictis ſequit̃ ꝙ ſi btũs Petr⁹ in triduo moꝛtis xp̃i miſſã celebꝛaſſet: cũ in cena ſimul cũ alijs fuerit ſacerdos oꝛdinatus: ĩ hoſtia p̱ eũ ↄſecrata duo tñ credita fuiſſent. ſ. coꝛp⁹ ⁊ diuitas ⁊ nõ aĩa. q꞉ ĩ triduo ille vere fuit moꝛtu⁹: ⁊ p̱ ↄñs illi ñ concomitabat̃. Silr̃ nec ſãguis qui effuſus erat ſup̱ t̃raȝ coꝛp̱e in ſepulchꝛo ⁊ aĩa in inferno exñtibus. Et iõ cũ ſanguis ⁊ aĩa ñ ſint in coꝛp̱e niſi p̱ concomitantiã: vt dictũ eſt: neceſſe eſt concedẽ ꝙ tunc ĩ hoſtia ↄſecrata p̱ Petrũ aĩa ⁊ ſanguis ñ fuiſſet. Quare ãt diuitas ibi tñ cũ coꝛp̱e credita eẽt: ẽ q꞉ ipſa nũq; fuit a coꝛp̱e xp̃i ſep̱ata: vt ẽ cõmũiſ theologia. ⁊ iõ ipſa ex ↄcomitantia ibi fuiſſȝ. 3ᵒ ſequit̃ ꝙ ſi btũs Iacob⁹ qui pꝛimo miſſã oꝛdinauit in illo triduo celebꝛaſſet: in calice ñ fuiſſȝ niſi ſanguis. q꞉ ñ coꝛpus cũ eſſet ab illo ĩ illo triduo ſeparatum. ſimiliter nec anima eadem ratione. ſimiliter nec diuinitas. quia non fuit deitas ita vnita ſanguini ſicut ⁊ carni: quia non remanſit cõmunicatio ideomatum que pꝛouenit ex tali vnione: vt habetur pꝛimo de trini. Non eniȝ erat verum dicere ſanguine xp̃i fuſo. hic vel iſte ſanguis eſt deus: ſicut dicimus de coꝛpoꝛe eius deum eſſe ſepultum: ⁊ non in cruce remanſiſſe: ſicut remanſit ſanguis. Et ratio eſt: quia coꝛpuſ eſt pars pꝛincipalis hominis ⁊ non ſanguis. q̃re ⁊c̃. Iſta etiam duo correlarie ponit Franciſcuſ maronis in ſermone coꝛpoꝛis xp̃i. ſ. memoꝛiã fecit ⁊c̃. Et ſic patet iſta concluſio.

Quanta mira res ſit ↄuerſio ſacri ↄclõ fa.

Accipe ſecundam ↄclõnem. vȝ. Quãuis dei opera ⁊c̃. dic totã. vbi tres ingram⁹ v̄itates. vȝ. Pꝛia veritas ẽ iſta. Utrũ hec bñdicta cõuerſio ſit miraculoſioꝛ oĩbus mirabilibus dei. 2ᵃ veritas ẽ. Quot ſũt mirabilia huius benedicte conuerſionis. 3ᵃ veritas eſt. Quantũ ſit meritũ huius benedicte ↄuerſioniſ.

Quantũ ad pꝛimũ dico ꝙ tres ſunt res permaxime miraculoſe. ſ. creatio mũdi. incarnatio verbi dei. ⁊ hec benedicta cõuerſio. Duo pꝛima ideo ſunt miraculoſiſſima ⁊ mirabiliſſima: q꞉ dei omnipotẽtia vſq; ad variatõem materie pertingit: que in oĩbus nãlibus mutatõibus debet eẽ ſubiectũ: ⁊ ſemp̱ manere ⁊ nõ coꝛrumpi. cum ſit ingenerabilis ⁊ incoꝛruptibilis p̊ phiſicoꝛuȝ. Et magiſ miraculoſioꝛ eſt creatio q̃ȝ hec benedicta conuerſio quãtum ad hoc. qm̃ per creatiõeȝ ſubſtantia ⁊ eſſentia materie accipit eſſe ſimplr̃: ſed per hanc conuerſionẽ ſubſtãtia materie in alterius materie ſubſtãtiam conuertit̃. ſed incarnatio miraculoſioꝛ eſt ſi mutatio illa conſideretur ex parte eius ad qđ eſt mutatio. Quid. n. mirabilius q̃ȝ ꝙ deus homo fieret: ⁊ hõ deus: non ꝙ natura dei in naturã hominis conuerteret̃: ſicut fit in hac benedicta mutatõe panis in coꝛp⁹ xp̃i: ⁊ vini in ſanguinẽ. ſed ꝙ p̱ſona uerbi dei que ab eterno fuit hipoſtaſis diuine nature facta ſit hipoſtaſis humane nature in tẽpoꝛe. Si autẽ hec benedicta conuerſio cõſideret̃ q̃tum ad ei⁹ cognitiõem nãlem: tunc ipſa eſt miraculoſioꝛ omni alia mutatiõe. qm̃ intellectus noſter cõſiderans in hac benedicta mutatõe ex aliquo aliquid fieri p̱ter modũ aliarum mutatõum naturalium difficilius illi aſſentit. q̃re ⁊c̃. Quantũ ad ſaȝ veritatẽ dico ꝙ nouẽ ſunt inter cetera hui⁹ benedicti ſacramenti mirabilia. vȝ. celeritatis: ſtabilitatis: ſodalitatis: ſubiectiuitatis: conſeruabilitatis: vnibilitatis: incoꝛruptibilitatiſ: cõuertibilitatis: ⁊ diuine permiſcibilitatis. Accipe pꝛimum mirabile qđ dicitur celeritatis. Ubi hanc accipe regulã ꝙ pꝛolatis a ſacerdote ſacramẽtalibus v̄bis: tanta ibi diuina habet̃ potẽtia: ut mox panis ille eadẽ ipſa caro xp̃i Ieſu: que ĩ ara crucis extitit ĩmolata efficiat̃. Et licet aĩa cara de hoc ſupꝛa dictũ ſit in p̱te: tñ pꝛo huius regule nr̃e fundamẽto diligenter nota ꝙ ſacerdos in h̄ cõficiendo ſacr̃o: non ſuis ſed ſermõibus vtitur xp̃i. Hoc fundamentũ habet̃ de conſe. di. ij. ca° panis. vbi dicit text⁹. Ubi ſacr̃m conficit̃ iã non ſuis ſermõibus ſacerdos: ſed vtit̃ ſermõibuſ xp̃i ergo ſermo xp̃i hoc efficit ſacramẽtum; ut ſic qđ erat ante conſecratõeȝ panis. poſt cõſecratiõem xp̃s vere matre fili⁹ fiat. Hoc pꝛeſuppoſito noſtraȝ regulã tibi p̱bo auctẽte: rõne: ⁊ exẽplo. Auctoꝛitate quideȝ p̊ decretaliũ. ex̃ de ſum. trini. c. firmiter credim⁹. vbi q̃ſi circa fineȝ capl̃i ſic ad lr̃am dr̃ in. §. una. Una inq̱t eſt vlis fideliũ eccleſia: extra quã nullus oĩno ſaluat̃: in qua ipſe idẽ ſacerdos eſt ſacrificiũ Ieſus xp̃s. Cuius coꝛp⁹ et ſanguis in ſacr̃o altaris ſub ſp̃ebus panis ⁊ vini veraciter continet̃: trãſubſtãtiatis pane in coꝛp⁹ ⁊ vino in ſanguinẽ poteſtate diuina. h̄ ibi. Itẽ h̄ pꝛobat̃ auctoꝛitate decretoꝝ. Audi Aug. i. q. i. c. detrahe. Detrahe inq̱t verbũ ab elemẽto qđ eſt niſi aqua? accedit verbũ ad elemẽtũ ⁊ fit ſacramẽtũ. hoc eſt verbũ dei. Et de cõſe. di. ij. idẽ ait. Hoc eſt inq̱t qđ omnib⁹ modis p̱bare contẽdimus ſacrificiũ eccleſie ex duob⁹ cõſtare. ſ. viſibili elementoꝝ ſp̃ẽ: ⁊ inuiſibili carne xp̃i ⁊ ſãguine: ſicut p̱ſona xp̃i conſtat ex deo ⁊ homine. hec ille. Item Ambꝛo. de conſe. di. ij. Panẽ inquit iſtũ quẽ ſũmimuſ in miniſterio: vtiq; illũ ĩtelligo qui manu ſp̃uſ ſancti foꝛmat⁹ eſt ĩ vtero virginiſ ⁊ in igne paſſiõis decoct⁹ in ara crucis. Panis enĩ angeloꝝ factus eſt cib⁹ hoĩs. Igit̃ magnũ atq; pauendũ eſt myſteriũ: q꞉ aliud videt ⁊ aliđ intelligit̃. figura panis ⁊ vini videt̃. ⁊ faciẽte domino coꝛpus ⁊ ſanguis chꝛiſti intelligit̃. hec ille.

Item tertio p̱batur auctoꝛitate magiſtri in q̃rto di. xi. c. p̊. quod incipit. ſi autẽ querit̃. ubi ad lr̃am ſic dr̃. Si autẽ querit̃ qualis ſit illa ↄuerſio an foꝛmalis: an ſubſtãtialis: vel alteri⁹ generis. diffinire nõ ſufficio. foꝛmalẽ tam̃ non eſſe cognoſco: quia ſp̃ẽs que ante fuerũt remanent ⁊ ſapoꝛ ⁊ pondus. Quibuſdã videt̃ ſubſtãtialis: dicentib⁹ ſic ſubſtãtiam conuerti in ſubſtãtiam: vt hec eſſentialiter fiat illa. hec ibi. Et declarando ſubſequẽter dicit ſic. Non eadẽ ratione dicitur cõfici coꝛpus xp̃i uerbo celeſti ꝙ ipſum coꝛp⁹ in conceptu virginis foꝛmatũ: deinceps foꝛmet̃: ſed quia ſubã panis ⁊ vini que antea nõ fuerunt coꝛpus vel ſanguis v̄bo celeſti fiat coꝛp⁹ ⁊ ſanguis. hec ibi. Itẽ quid plures auctes q̃rimus? Audi xp̃m Io. vi. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meuſ uere ẽ pot⁹. qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſanguinẽ ⁊c̃. Inde Euſebi⁹: ⁊ ponit̃ de ↄſe. di. ij. c. q̱a coꝛpus. paꝝ poſt pꝛincipiũ ſic ait. Recedat ergo omne ĩfidelitatis ambiguũ. q̱a quideȝ qui auctoꝛ ẽ muneris ipſe ẽ teſtis v̄itatiſ. q꞉ ait. caro mea ⁊c̃. hec ibi. Scđo hec nr̃a regula pꝛobat̃ ratiõe. et p̊ ſic. Sũma ueritas falli nõ põt. ſ₃ xp̃s eſt ſũma veritas. ergo falli nõ põt. ↄñtia nota cũ maioꝛi. qm̃ ſi fallere vel falli poſſet iaȝ ſũma nõ eſſet. minoꝛ p̱bat̃ Io. vj. Ego ſum via veritas ⁊ vita: ergo nec fallere nec falli põt. Sed ipſe oꝛe p̱pꝛio ait. Caro mea vere ẽ cibus ⁊c̃. Item ſecundo ſic. Omnis xp̃ianus quod ſacroſancta eccleſia catholica ſentit ſentir̃ obligat̃: ſed eccleſia hoc ſentit: vt patuit in auctoꝛitatibus allegatis. ergo ⁊c̃. Et confirmat̃ hec minoꝛ. extra de hereticis. c. ad abolendã. vbi dicit̃ ſic. Ad abolendã. et infra. Uniuerſos qui de ſacramento coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dñi noſtri Ieſu xp̃i: vel de baptiſmate: ſeu peccatoꝝ confeſſione: matrimonio: vl̃ reliquis eccleſiaſticis ſacramẽtis aliter ſentire uel docere non metuerint q̃ȝ ſacroſancta romana eccleſia pꝛedicat ⁊ obſeruat. Et generalit̃ quoſcunq; eadem romana eccleſia: uel ſinguli epiſcopi per dioceſes ſuas cum cõſilio clericoꝝ: vel clerici ipſi ſede vacante cum cõſilio ſi oppoꝛtuerit

vicinoꝝ epoꝝ hereticoſ iudicauerint vinculo ꝑ
petuo anathematis inodamus. hec ibi vſqꝫ ad ꝑ
mū ſequentē. §. ꝰ ex hoc ſequit̄ ꝙ aliter de h̄ ſa-
cr̄o ſentiens q̄ ſentiendū ſit eſt hereticus. 3ᵒ
arguit̄ ſic. ⁊ eſt rō magr̄i in quarto. di. x. Si tan
ta inquit vis eſt in ſmonibuſ dei vt inciperent ē q̄
n̄ erant: quanto fortius mutare poteſt qđ erat?
In principio. n. mundū ex nulla preiacente mā
creauit: ſed ſolo ꝟbo. cur ergo non poterit aliqd
in aliud ꝯuertere? maiuſ. n. eſt de nihilo aliquid
facere q̄ de aliquo aliquid. ſed in prima creatio
ne de nihilo aliquid fecit. ꝰ a fortiori panē ī car
nē ⁊ vinū in ſanguinē poterit cōmutare. Audi ꝟ
ba magr̄i. De tribus inquit operibus mundi le-
gitur. quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt ⁊c̄. Sermo igr̄
qui potuit ex nihilo facere qđ nō erat: n̄ pōt ea
que ſunt in id mutare qđ n̄ erat. Nō. n. eſt minuſ
dare q̄ mutare nouas creaturas rebus. hec ille
⁊ eandē ſn̄iam per alia verba in eodē caplō cō-
firmat. Et he rōnes ſufficiant quantū ad p̄ſens:
Uis tn̄ aliā bonā rōnē eiuſdē magr̄i? audi quid
dicat. Si tm̄ inquit valuit ſermo Helie ut ignē
de celo depoſceret: n̄ valebit ſermo xp̄i ut ſub
ſtantias mutet? hec ille. Tertio hec nr̄a regu
la probat̄ exemplo. Et ꝑ exemplis nālibus. 2ᵒ
ſupernālibus. 3ᵒ artificialibus. Tria ad p̄ñs
accipe exempla nālia. Primū eſt de calor̄ nā
li. Nā ſi nā naturata vt loquar more Scoti pōt
vnā ſubām in aliā conuertere q̄to magis nā na
turans? Dic queſo. Nōne deus aīalibus cunctiſ
ꝟtutē caloris nālis dedit que ꝯtinue in humidū
agit naturale. qđ niſi per humidū cibale reſtau-
raret̄ corpus penitus interiret? vt pꝫ 2ᵒ de aīa. c.
de alimento. Indiget. n. qđlibet aīale alimento
extrinſeco. Accipe igit̄ tu panē ⁊ comede: nōne
calor naturalis illū in carnē ⁊ oſſa conuertet?
Accipe vinū ⁊ bibe: nōne ⁊ ſimili mō in tuū ſan
guinē mutabit? quis de hoc dubitat? experien-
tia docet id indiēs fieri. quaꝛ ergo id facere poſ
ſe diuinā nām negabimus? Itē nonne mirabili
naturali artificio natura ſubām vnius oui vel
pluriū in diuerſam auiū ſubām cōmutat? Item
apes nōne occulto nature myſterio flores in ce
re ⁊ mellis nām conuertunt? Itē adde ꝙ nā ex
puluere pulices ⁊ ex ſudore aīalis diuerſa gn̄at
aīalia. Iſta ſufficiāt ex parte nature. Accipe
ſupernālia exempla. nōne deus ex viri coſta E-
uā ſubito formauit? nōne Loth vxor propter ī
obedientiā deus in ſtatuā ſalis conuertit? ⁊ vir
gā Moyſes in ſerpentē ⁊ econuerſo eadē virtu
te conuertit? Et alia plura poſſunt adduci exē-
pla que ponit glorioſus Ambroſius libro de ſa-
cramentis. ⁊ notant̄ de conſe. di. ij. c. reuera. 3ᵒ
hoc patet exemplo artificiali. nā vitrifex cinerē
alumenqꝫ ſuū in lucidū notabileqꝫ uitrū mutat.
Quāobrē multomagis ſermo xp̄i panē in ſuū
corpus ⁊ uinū in ſanguinē ſuū cōmutabit. Audi
Eccleſiaſtes. viij. c. Sermo illius poteſtate ple
nus. nec dicere ei quiſqꝫ poteſt: quare ita facis.
Inde Euſebius ⁊ notat̄ de conſe. di. ij. Inuiſibi

lis ſacerdos. ſ. xp̄s viſibiles creaturas in ſubām
corporis ⁊ ſanguinis in verbo ſuo ſecreta ptāte
cōmutat. hec ille. Et hec tibi aīa ſufficiant q̄tū
ad mirabile primū. Accipe ſm̄ mirabile. ſ. ſta
bilitatiſ. Ubi hanc regulā accipe. ꝙ q̄uis totū
xp̄i corpus finita a ſacerdote debita ꝟboꝝ forā
ſit in qualibet hoſtia vbicūqꝫ conſecrat̄ ⁊ quoti
enſcūqꝫ: tn̄ nō eſt ſic ibi vt celū deſerat. Ad cuiꝰ
declarationē tria aīa mea nota. Primo eniꝫ
nota ꝙ de rōne dei eſt ꝙ ſit vbiqꝫ. hoc ſatis ī ſu-
perioribus declarauimꝰ. Scđo nota ꝙ lꝫ d̄s
ſit vbiqꝫ: ſingulari tn̄ modo eſt in tribus locis. ſ.
in celo empyreo per glorificationē: in aīa iuſti ꝑ
gr̄e ſanctificationē: ⁊ in eccleſia catholica ꝑ ſin-
gularē repreſentationē. De iſtis tribus vide ſu
pra feria 2ᵃ quarte dn̄ice in prima concōne. vbi
bene de hoc. Tertio nota ꝙ xp̄o nō cōpetit
ubiqꝫ eſſe primo ⁊ principaliter per humanitatē
ſed per diuinitatē ⁊ concomitanter per humani
tatē: quia ex quo verbū factū eſt nō fuit inſtanſ
in quo eſſet xp̄s hō ⁊ nō deus. ut eſt ſn̄ia magr̄i l
3ᵒ. di. ij. in fine. ⁊ oīum theologoꝝ. Audi magr̄m
⁊ adducit Aug. li. de trini. Non ēt in vtero inq̄t
ꝟgis prius caro concepta eſt. ⁊ poſtmodū diui-
nitas venit in carnē: ſed mox vt ꝟbū venit i v-
teꝝ ſeruata ꝟitate ꝑprie nature factū eſt ca-
ro ⁊ perfectus hō. i. in ꝟitate carnis ⁊ aīe natus
eſt. hec ille. Ex quo ſequit̄ ꝙ cū illa diuinitas il
li humanitati ſit inſeparabiliter vnita: ⁊ diuini-
tati cōpetat eſſe vbiqꝫ: vt oñſū eſt ꝙ ⁊ hūanitaſ
erit vbiqꝫ. Qđ ut verius credas his ſic preſup-
poſitis probo auctoritate rōne ⁊ exemplo. Au-
ctoritate ſic. Audi Origenē ſuper Mat. Dei in
quit filius veniens in ꝟginē totus remāſit apđ
patrē: vt nō dimidius eſſet apud eū ⁊ dimidius
apud ꝟginē. ſicut ꝟitas quā mente cōcipimus
cū eā dicimus tota remanet apud nos: ⁊ tota tn̄
ſit in diſcentē. hec ille. Sed totus xp̄s eſt in h̄ ſa
cr̄o vt ꝟitas in aīa: vt dicit Franciſcus maro-
nis in ſmone corporis xp̄i. ꝰ ⁊c̄. Scđo h̄ ꝑba
tur rōe: quanto aliquid diuiniuſ eſt tanto cōius
ſed natura diuina vnita humane eſt quid diui-
niſſimū. ꝰ cōiſſimū. qr̄ ⁊c̄. 3ᵒ probat̄ exemplo.
Nā btūs Ambroſius in obitu bt̄i Martini in-
fuit ⁊ ſepeliuit eū: nec tn̄ a Mediolano diſceſ-
ſit. Nec hoc tibi īpoſſibile uideat̄: qm̄ vnū corpꝰ
eſſe in pluribus locis nō eſt aliud niſi habere plu
ra vbi ſimul. qđ nō videtur r̄pugnare ꝟitati: cū
diuerſi reſpectus eiuſdē rōnis poſſint ſimul eſſe
in eodē fundamento. ut patet de ſimilitudinibꝰ
Itē dari poteſt exemplū de Heliſeo qui p̄ſens
fuit qn̄ Giezi accepit munera a Naam ſiro: nec
tn̄ a ſua habitatione diſceſſit. iiij. R. v. Hoc etiā
clarius patet in ſequentibus mirabilibꝰ. qr̄ ⁊c̄.
Accipe tertiū mirabile. ſ. ſodalitatis. Ubi ac-
cipe regulā hanc. Q glorioſus xp̄s licet in h̄ ſa-
cramēto oculis corporis nō videat̄: tn̄ nō ita ſibi
eſt vt ſolus habeatur. Ad cuius declaratōꝫ aīa
nota ꝙ cōiter quattuō pulcherrimas ſocietates
ad xp̄i ſociandum aſſerunt in hoc ſacramento.

Prima eſt ſancta trinitas: qm̄ ſicut opera trini
tatis ab extra ſunt indiuiſa ꝑ Aug. de trinitate.
⁊ de conſe. di. iij. c. oēſ quos legere potui ⁊c̄. Ita
etiā localis preſentialitas. ꝑ Ambroſiū de circū
ciſione perſonarū loquētem. Secūda ſocie-
tas eſt omniū angeloꝝ ⁊ oīum ſpirituū beatoꝝ.
Audi Greg. in homelia paſcali allegatū a magi
ſtro in. iiij. ſn̄iaꝝ. Quis inquit fideliū habere du
bium poſſit in ipſa īmolatōis hora ad ſacerdotis
vocem celos aperiri: ⁊ in ipſo diuino miniſterio
angeloꝝ choros adeſſe: ſūma ⁊ ima ſociari? qua
ſi dicat nullus. Tertia ſocietas eſt omnium
animaꝝ ſanctaꝝ. An tibi aīa ambiguū eſt ꝙ ſcē
ille aīe que xp̄m tempore paſſionis ad crucē tā
to cum dolore ſociarūt: ⁊ in penaꝝ tanta amari
tudine in tanto honore ⁊ letitia ſui corporis glo
rificati in hoc benedicto ſacramēto n̄ aſſocient?
Quarta ſocietas eſt uirginis glorioſe cū gran
di virginū cetu. Apoc. xiiij. Hi ſūt qui cū mulie-
ribus non ſunt coinquinati. virgines enim ſunt
⁊ ſequūtur agnum quocūqꝫ ierit. Et tu anima
mea quintā facies die veneris proximi ſocieta-
tem: ⁊ die ſcō paſce hilariter in domo tua ſuſcipe
O inquies pater Ambroſi totiēs eleuari vidi h̄
digniſſimū corpꝰ: ⁊ nūq̄ hāc quā dicis vidi ſocie
tatem. Audi ſiſtem queſtiōeꝫ a Petro diſcipulo
Greg. eidē ꝑpoſitaꝫ. Nunquid inquit Greg. in
dialogo. quia aīam meā nō vides me exanimeꝫ
eſſe credis? quaſi dicat aīam in corpore exiſtere
ex actibꝰ corporiſ quos cernimꝰ. qm̄ ipſa eſt quo
viuimus mouemur ⁊ intelligimꝰ. vt ph̄s ait 2ᵒ d̄
aīa. ⁊ tamē oculiſ recedentē conſpicere nō poſſu
mus. Ergo plures īmo oīes ibi celeſtes adeſſe
ſpūs: licet oculis corporis nō cernamus: negare
non debemus. Nec etiā de corporibꝰ beatis ex
citādū eſt. an neſcis corpora beatifica oēs quas
habuerūt in uita imperfectōes ex elemētis non
habere? Nam dn̄s Bona. in q̄rto. di. xlviiij. ait.
Corpora noſtra quattuor ſuſcipiūt ab elementiſ
q̄litates. vꝫ. Ab aqua paſſibilitatē: q̄ eſt elem̄
tum valde paſſibile. A terra obſcuritatē: quia
eſt elementū opaciſſimū. Ab igne aīalitatem:
quia eſt elementū actiuiſſimū. i. magne actiuita
tis: ⁊ calor naturalis ꝯtinue humidū radicale re
ſoluit. Et ab aere infirmitatē: q̄ eſt elementuꝫ
valde corruptibile. Et ideo cū corꝑibus beatis
ois conueniēs ꝑfectio attribuat̄. neceſſe ē omnē
ab eis imperfectōeꝫ amouere. Quoniā carē ma
lo bonū eſt: vt ph̄us ait in ethicis. ⁊ ꝑ ꝯñs oppor
tet vt cōtra corruptōeꝫ detur eis īpaſſibilitas ꝯ
tra obſcuritatē. claritas ꝯtra aīalitateꝫ. agilitaſ
cōtra infirmitatē penetrabilitas. Et he ſūt quat
tuor corpoꝝ beatoꝝ doteſ. Audi Paulū. i. Cor.
xv. Seminat̄ corpus in corruptōe: ſurget in cor
ruptōe: ecce īpaſſibilitas cōtra corruptōeꝫ. Se-
minat̄ in ignobilitate: ſurget in gloria. ecce clari
tas cōtra obſcuritateꝫ. Seminat̄ in infirmitate:
ſurget in ꝟtute. ecce penetrabilitas cōtra infir-
mitatē. Seminat̄ corpꝰ aīale: ſurget cōpꝰ ſpūale
ecce agilitas ꝯ aīalitateꝫ. Concordat his. Aug.

xxij. de ciuitate dei dicēs. Aberit a corꝑibꝰ nr̄is
ois deformitas: ⁊ ois tarditas: ⁊ ois corruptio ꝑ
pter impaſſibilitatē. Has quidē quattuor cōꝑū
btōꝝ dotes Chriſtus ieſus in mōte thabor diſci-
pulis in forma claritatis oſtēdit ſm Alexandrū
de ales. Habet. n. lux oēs illas q̄ttuor cōditiōes
vt pꝫ intuenti. Sed dices nūqd talia corꝑa ſole
ſunt lucidiōa? Dico ꝙ ſic. Iſa. xxx. Erit lux lune
ſicut lux ſolis: ⁊ lux ſolis erit ſeptuplicit̄. Sed qr̄
non uidetur talis claritas? Dico q̄ claritate ſua
vtunt̄ ad libitū: quā tunc nobis indigniſ nō oſtē
dunt. vt eſt cōis theolgoꝝ doctrina. qr̄ ⁊c̄. Ac
cipe q̄rtū mirabile quod dicit̄ ſubiectiuitatꝭ vbi
ponat̄ talis regula. Licet accidētis eſſe ſit ī eſſe
2ᵒ methaphiſice: tamē in hoc ſacr̄o ꝟtute diuina
efficit̄ ut accidens ſit ſine ſub̄o. Prima pars hꝰ
noſtre regule eſt clara ex ſn̄ia Ariſtotelis ubi di
ctū eſt. Propter qđ cōcludit̄ ꝙ ſola ſub̄a eſt ens
ſimplr̄ ⁊ ꝑ ſe ſtans. accidens autē eſt ens ſm qd
⁊ alteri inherēs. ob quā cām diffinitōes acciden
tium dant̄ per addimēta. q̄ principia ſub̄e ſunt
etiam principia accidētis. q̄re ⁊c̄. Scđa autem
pars declarat̄ auctoritate: rōne: ⁊ exēplo. Au
ctoritate quidē audi Aug. in ſermōe corpōiſ xp̄i
Accidentia inq̄t in eodē ſine ſubiecto exiſtūt: ut
fides locuꝫ habeat dū inuiſibile ꝑ uiſibile ſūmit̄
aliena ſpecie occultatū: ⁊ ſenſuſ a deceptōe imu
nes reddant̄: qui de accn̄tibus iudicāt ſibi notiſ.
hec ille. Cōcordat textꝰ in caᵒ cū marthe. d̄ cele.
miſ. poſt medietatē capl̄i. vbi dr̄. Dicitur tamē h̄
ſacr̄m myſteriū fidei. qm̄ aliud ibi credit̄ q̄ cer-
natur: ⁊ aliud ibi cernit̄ q̄ credatur. Cernit̄ ibi
ſpēs panis ⁊ vini: ⁊ credit̄ ueritas. ſ. carnis ⁊ ſan-
guinis xp̄i: ac ꝟtus vnitatis ⁊ charitatis. hec ibi
Scđo rōne ꝑbatur ſic. plura hꝫ deꝰ facer̄ q̄
nr̄ intellectꝰ intelligere. ſꝫ intellectꝰ nr̄ hoc intel
ligit. ergo hoc ⁊ deus facere pōt. Maior ē Hil
larij libro de trini. Item potētia quāto eſt ſpūa-
lior tanto eſt potētior. qm̄ intellectꝰ plura facere
pōt q̄ ſenſus: vt nr̄a ph̄ia dicit. Quia intellectꝰ
ſpūalior eſt q̄ ſenſus. Sed potētia diuina eſt ab
ſtractior ⁊ īmālior q̄ ſenſuſ. ꝰ pl̄a pōt q̄ itellectꝰ
ſꝫ itellectꝰ hoc itelligit. ꝰ ⁊ deus hoc facere pōt.
Itē ſi accn̄tia illa eſſent in aliquo ſub̄o magiſ du
cerent in cognitōem ſui ſubiecti q̄ corporis xp̄i:
⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns ad idolatriā. Nec pōt dici ꝙ ſint ſub
iectiue in corꝑe xp̄i: q̄ tunc determinarēt corpꝰ
xp̄i: vt oñſum eſt in 3ᵃ ꝯclōne p̄me ꝯſideratiōis.
⁊ hoc eſt falſum. q̄re ⁊c̄. Et ſi queris q̄re hoc deꝰ
facit. Dico vt fides locū habeat. q̄ ſi hoc ꝑbari
ꝑ principia naturalia poſſet: iam illud ſcia eſſꝫ ⁊
nō fides. Salus autē nr̄a non ſub ſcia: ſed ſub fi
de eſt. vt patet ꝑ btm̄ Tho. ꝑa ſe. q. ij. vbi ꝑbat
per tres rōneſ. q̄re notitiā diuinoꝝ voluit eē ſub
fide. q̄re ⁊c̄. Preterea quis queſo eſt ille ſenſus
corꝑis q̄ ſubām ſenſare poſſit? certe ph̄i tradunt
ſubām īſenſibilē eē. an ꝰ q̄ ſubāꝫ n̄ cernis negab̄
ſubāꝫ ibi nō eē? A ſiti ſi via nāli intelligere n̄ po
tes accn̄ſ eſſe in hoc ſacr̄o ſine ſubiecto: negabiſ
diuinam potentiam que ordinē cuilibet nature

conceſſit hoc facer̄ nō poſſe. Tertio hec nr̄a regula pȝ exemplo. Nā in generatione pulli ex ouo: remanet extrinſecū oui. i. ſpēs oui. ⁊ tn̄ adhuc ñ nato pullo diceres te nō niſi ouū uidere ⁊ nō pullū. A ſimili remanet in h̄ ſacr̄o ſpēs illa panis: ſed ſubā conuertit̄ in aliā ſubām. qr̄e ⁊c̄. Ex his inferunt̄ aliqua correlaria. Primū eſt ꝙ diuina diſpoſitio q̄ aliqua ordinat ſm legē cōez ēt ſibi aliqua reſeruat p̄ter legē cōem faciēda. ⁊ hoc ut priuilegiū particulariſ gr̄e alicui cōicȝ. Unde ꝗuis accidentia ñ poſſint de lege cōi ſtare ſine ſubiecto: poſſunt tn̄ de lege ſpālis gr̄e: qđ fit in hoc ſacr̄o. Scđo ſequit̄ ꝙ de ſubā rei ad ſēſū iudicare ñ pertinet: ſed ad intellectū: cuiuſ obiectū eſt ipſū qđ quid eſt ſm cōem opinionem. ⁊ eſt ſnīa phi. 3°. de aīa. Tertio ſequit̄ ꝙ licet intellectus iudicet accn̄s eſſe ī hoc ſacr̄o ſine ſubiecto preter oēm nāe curſū: nō tn̄ ſequit̄ ꝙ erret: qȝ iuuat̄ fide ſicut iuuat̄ ⁊ in alijs q̄ eius v̄tutē nālē excedunt. Multa alia colligi pn̄t ſȝ iſta ſufficiant ad pn̄s. vide btm̄ Tho. in. iiij. diſ. xij^a.

Accipe qntū mirabile. ſ. ɔſeruabilitatis. Ubi accipe hanc regulā. vȝ. ꝙ licet nāliter ſit valde difficile duo corpora eſſe in eodē loco: in hoc tn̄ ſacr̄o nihil incōuenit id fieri v̄tute diuina. Ubi aīa nota ꝙ phia ñ ɔcedit duo corp̄a ſimul in eodē loco eſſe poſſe ꝑꝑ īpoſſibilitatē penetratiōis corpoꝝ. ad aures tn̄ eiuſdē nō pertingit: ſi aliqđ corpus ſit tante v̄tutis vt ad libitū ſua vtat̄ q̄ntitate: ꝙ illud cū alio corp̄e ſimul poterit ī eodē loco locari: ſicut de ſcō hoc eſt in ſacr̄o: vt. ſ. corpus veꝝ xp̄i ⁊ corpus de gn̄e quantitatis. ſ. ipa trina dimenſio ſint in eodē loco. Quidā tn̄ exēplo h̄ perſuadent de ciato cineribus pleno ⁊ ſuperfuſa aqua erunt cineres: ⁊ aqua in eodē ciato: qđ tn̄ tm̄ valet ad propoſitū quantū pōt. q̄re ⁊c̄. Accipe 6^m mirabile. vȝ. vnibilitatis. Ubi accipe regulā talē. ſ. ꝙ licet in pluribus mūdi ꝑtibus ⁊ eccleſijs ſimul plures hoſtie ⁊ calices ɔſecrent̄: vnū tn̄ ſimul eſt corpus xp̄i in oībus ilꝭ ⁊ ponas ex^m vt placet. Hec r̄gula probat̄ auct̄e rōe ⁊ exēplo. Auct̄e p̄ ſic. Audi Malachiā. c. p̄. ad iudeos dicentē. Nō eſt mihi uoluntas ī uobis dicit dn̄s: ⁊ munus ñ ſuſcipiā de manu vr̄a. Ab ortu. n. ſolis vſqȝ ad occaſū magnū eſt nom̄ meū in gentibus: ⁊ in oī loco ſacrificat̄ ⁊ offert̄ noī meo oblatio mūda ⁊c̄. Ecce plura loca ⁊ unā mundā oblationē exprimit. Item audi dn̄m Exodi. xx. c. In oī loco ī quo fuerit memoria nominis mei veniā ad te ⁊ benedicā tibi. Memoria noīs dei eſt hoc glorioſū ſacrificiuȝ: qđ in ſui memoriā in oī loco conficit̄ xp̄ianoꝝ. De hoc eſt bonus textus de ɔſe. di. ij. c. quid ſit circa mediētatē capl̄i. vbi ſic dr̄. Tanta videt̄ eē vnitas eccl̄ie in xp̄o: vt vnus vbiqȝ ſit panis corp̄is xp̄i: ⁊ vnus ſit calix ſanguinis eius. Calix nāqȝ quez ſacerdoſ catholicus ſacrificat nō eſt niſi ille quē dn̄s apl̄is tradidit. qȝ ſicut diuinitas v̄bi vita ē q̄ totū mundū īplet: ita licet multis locis ⁊ innūerabilibus diebus illud corpus ɔſecret̄: nō tn̄ ſūt multa corpora xp̄i: nec multi calices: ſed vnum corpus xp̄i ⁊ vnus ſangnis cū illo qđ ſumpſit in vtero v̄ginis ⁊ qđ dedit apoſtolis. Diuinitas. n. v̄bi replet illud qđ vbiqȝ eſt ⁊ iungit ⁊ facit: vt ſicut ipſa una eſt ita corpori xp̄i ⁊ unū corpus eꝰ ſit in v̄itate ⁊c̄. hec ibi. Et ſunt v̄ba Gregorij in homelia paſcali. Hoc idē ɔfirmat magr̄ ī. iiij. diſ. x. dicens. Ueritas eius. i. diuinitas vbiqȝ ē: v̄itas ēt eius. i. veꝝ corpus in oī altari eſt vbicūqȝ celebrat̄. Idē pȝ de ɔſe. di. ij. ca. inuitat. ⁊. c. vbi pars. Et idē magr̄ in. iiij. di. xj. ſic ait. Sicut diuinitas v̄bi totū īplet mundū: ita in multis locis illud corpus conſecrat̄. nec ſunt tn̄ multa corp̄a: ſed vnū corpus ⁊ vnus ſanguis. hec ille. Et iſte auctoritates ſufficiant ad pn̄s. Scđo h̄ ꝓbat̄ rōe. Nā det̄ oppoſitū: ſequit̄ ꝙ plures eſſent pſone v̄bi. ɔn̄s eſt falſū. g̃ ⁊c̄. ſequela ꝓbat̄: qm̄ iā oēs concludunt unā perſonā eſſe in xp̄o. q̄re ſequtur ꝙ ſi multiplicat̄ ſuppoſitū: multiplicatur et perſona. qđ eſt falſum. Secundo arguitur ſic. potentior eſt virtus increata ꝗȝ virtus creata. ſed vna virtus creata iam eſt tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte. vt oñdit phus 2° de aīa dicens ꝙ eſt tota in toto ⁊ tota in qualibet parte. ergo a fortiori virtute dei erit vnum ⁊ ideȝ corpus in pluribus locis. Tertio hoc paret exēplo. Et primo de uoce vna predicatoris que eſt in pluribus auribus. ſecundo de vna ſpē in pluribus exiſtens oculis diſtantibus. Tertio de q̊dam iudeo nouiter ad fidem conuerſo. qui cum ſemel hac intentione ad eccleſiaȝ acceſſit ut tot lapillos in bireto poneret: quot hoſtias illo die eleuari cerneret. cum ſic feciſſet: tandē dum eoſ numerare vellet: vnum ſolum lapidem ex illis omnibus integratum reperit. q̄r ⁊c̄. Accipe ſeptimum mirabile. ſ. incorruptibilitatis. vbi accipe hanc regulam. vȝ. ꝙ etſi dentibus corpus xp̄i premat̄: illeſuȝ tn̄ ſemper reſeruatur: quam tibi probo auctōitate rōe ⁊ exemplo. Audi Augu. Quid inquit hoc ſacramento mirabiliꝰ. In ipſo nāqȝ panis ⁊ vinum in corpus xp̄i ⁊ ſanguinem ſubſtantialiter conuertuntur. Ideoqȝ xp̄s ⁊ homo. manducatur itaqȝ a fidelibus: ſed minime laceratur: quinimo diuiſo ſacramēto īteger ſub qualibet diuiſioniſ particula perſeuerat ⁊c̄. Et hec perpulchre tangit magr̄ ī quarto. diſ. xij. vbi poſitis pluribus opinionibus de fractione hoſtie veram ponit opinionem dicens. Sed qȝ corpus xp̄i īcorruptibile eſt: ſane poteſt dici fractionem illam ⁊ partitioneȝ non in ſubſtātia corporis: ſed in ipſa forma panis ſacramētaliter fieri: vt vera fractio ⁊ partitio fit ibi: que fit non in ſubſtantia: ſed in ſacramēto id eſt in ſpecie ⁊ cetera. longus textus eſt. Et allegat apoſtolū prima ad Cor. x. Panis inquit quem frangimꝰ. qȝ forma panis ibi frangitur: ⁊ in partes diuiditur xp̄s vero integer manet: ⁊ totus eſt in ſingulꝭ ꝑtibus. Itē allegat Aug. ſ. in ſermone quodaȝ đ verbis euangelij. ⁊ ponitur de conſe. di. ij. c. inuitat. ⁊ in glo. ſuper illud Corin. x. Panis quem frangimꝰ. Secundo probatur hoc ratione ſic. Omne frangibile eſt paſſibile. ſȝ corpus xp̄i eſt impaſſibile cū ſit glorioſum. ergo ⁊c̄. Et vt intelligat̄ iſta ſpecieꝝ fractio ⁊ nō corp̄is xp̄i. Notandum eſt ꝙ ſicut dictū eſt in p̄cedentibꝰ corpꝰ xp̄i non comparat̄ ad ſpēs ſub q̄bus continet̄ mediātibus ſuis dimēſionibꝰ: īmo eiꝰ dimēſiones ſunt ibi q̄ſi ex ɔn̄ti. vt etiā dicit btūs Tho. in q̄rto di. xij. Et iđ quicquid ɔuenit corpori xp̄i mediātibꝰ dimēſionibus ſuis nō cōuenit ei ſȝ ꝙ eſt ſub ſacramēto. Cū ergo diuiſio q̄ntitatiua ei cōuenire nō poſſit niſi mediāte dimenſiōe ꝓpria: cōſtat ꝙ fractis illis ſpēbus nō frangit̄ corpus xp̄i: ſȝ eſt impaſſibile ⁊ infrāgibile. q̄re ⁊c̄. Tertio h̄ probatur exēplo. Nā aīa eſt tota in toto ⁊ tota in q̄libet parte vt dictū eſt: ⁊ tn̄ ſi incidit̄ digitus non incidit̄ aīa. q̄re ⁊c̄. Accipe octauū mirabile. ſ. cōuertibilitatiſ. vbi accipe hanc regulā. ꝙ tanta eſt huiꝰ ſacr̄i v̄boꝝ v̄tus: vt ꝗuis xp̄us vere comedat̄ non tn̄ in ſubam comedētis ɔuertit̄ ſicut de alijs cibis dicimꝰ. vt pȝ 2° de aīa: ſed potiuſ comedens in comeſtū conuertit̄ per gr̄am. Hec uidetur ſnīa Aug. in libro ɔfeſſionū. Satis hec regula clara eſt. ex qua infert̄ que differentia ſit inter digne ſūmentē ⁊ indigne. De digne ſūmentibus veritatē hȝ regula nr̄a. de cōſe. di. ij. c. quid eſt. Quid eſt inq̄t illā mādhucare eſcā ⁊ illū biber̄ potū: niſi in xp̄o manere: ⁊ illū manentē in ſe hēre. De indigne ſūmentibꝰ dicet̄ infra feria q̄nta. q̄re ⁊c̄. Accipe nonū mirabile. ſ. diuine ꝑmiſſibilitatis. vbi accipe hāc regulā. Licet veꝝ xp̄i corpus ſit in hoſtia ɔſecrata: tn̄ ſi a mure vel cane ꝉ alio aīali comederet̄: nō xp̄s: ſed ſpēs tm̄ ſūmerētur. Hanc regulā expreſſe magr̄ ſniaꝝ ponit ī q̄rto di. xiij. c. ſolet queri. in fine. ubi ſic ait. Illud ēt ſane pōt dici ꝙ a brutis aīalibus corpuſ xp̄i non ſūmit̄: etiaȝ ſi videat̄. qđ ergo ſūmit mus vel mādhucat deꝰ nouit. hec ille. Et rō q̄re nō ſūmitur a brutis corpus xp̄i eſt talis ſm btm̄ Tho. in. q̄rto di. ix. qm̄ nulla eſt ordinatio bruti ad corpuſ xp̄i: vt. ſ. poſſint xp̄o incorp̄ari. ⁊ iđ non ſūmunt irrationalia corpus xp̄i niſi per accn̄s: inq̄ntuȝ. ſ. ſummunt illud in quo eſt corpꝰ xp̄i. i. ſpēs illas. Iſta eſt cōis opinio. Et hec uolo ſufficiant pro ſecūda veritate. Quātum ad tertiā veritatē ſatis pȝ ꝙ eſt magni meriti tam conficientibus ꝗȝ ſummentibus. ſed de hoc in ſequentibus.

De vtilitate corp̄is xp̄i ⁊ ſanguinis ɔcl̄o 3^a.

[A]ccipe tertiā ɔcl̄onem. vȝ. Sicut hec benedicta ɔuerſio ⁊c̄. vbi tres ingramus v̄itates. vȝ. Prima v̄itas ē. Utrū hoc benedictū ſacr̄m ꝓſit btīs ad augmentū glorie. 2^a v̄itas eſt. Que eſt vtilitas ſūmentibꝰ digne in hac vita hoc benedictū ſacr̄m. 3^a v̄itas eſt. Si pro ꝑuulis celebrari debeat hoc benedictuȝ ſacr̄m. Q̄tū ad primā dico ꝙ ſacr̄a eccl̄ie nō ꝓſunt alicui q nō ſit ī ſtatu ꝓficiendi. Quare cū ſancti in p̄ria exn̄teſ nō ſint in hoc ſtatu: qa ſunt ī ꝑfectōis termino: non videt̄ ꝙ eis talia ſacr̄a ꝓſint. Ubi nota ſm btm̄ Tho. in q̄rto. di. xij. ⁊ ſm cōiter loquētes ꝙ gloria ſcōꝝ ɔprehēdit p̄miuȝ eorūdem. Premiū autē eſt duplex. ſ. eſſentiale ⁊ accidentale. Eſſentiale eſt qđ hn̄t de diuinitate Accidentale qđ habent de quocūqȝ bono creato. Quantū ergo ad premiū eſſentiale ſm cōem opinionē eoꝝ gloria minime augēi pōt. ſed q̄tū ad premiū accidentale vſqȝ ad diē iudicij augēi pōt. alioq̄n tunc nō augeret̄ de gloria corporis xp̄i. Unde de oībus opibus bonis fc̄is eis gl̄ia accreſcit. Luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ⁊c̄. Et ita de oībus que in dei honorē fiunt gaudēt et maxime de his ī quibꝰ de eoꝝ gloria deo gratias agimꝰ. Unde ſimpl̄r loquēdo hoc q̄tuȝ eſt ad eſſentiā glorie hoc ſacr̄m gl̄am nō auget. ſed q̄tum ad accn̄tale auget. Iſta ē cōis opinio. Concordat textus capl̄i. cū marthe. ex̄ đ cele. miſ. vide feria q̄nta cineꝝ ɔſideratiōe 2^a ɔcl̄one p̄ma: vbi eſt textꝰ ad l̄ram. Et ſi allegat̄ Innocētius ī collecta vbi dicit̄. Proſit hec oblatio aīe famuli tui leonis ⁊c̄. dicit̄ ꝙ intelligitur ſic: vt proſit. ſ. ut magis ac magis glorificetur in terriſ. q̄re ⁊c̄.

Quantū ad ſcam v̄itatē dico ꝙ tria ſunt per maxime bona que digne hoc ſacr̄m ſummentes colligunt in hac vita. Primū dicitur virtutū augmētatio. Scđm pctōꝝ venialiuȝ remiſſio. Tertiū eſt peccatoruȝ mortaliuȝ cancellatio.

Primū inq̄ȝ bonū eſt virtutū augmentatio. Probat̄ dupl̄r. Primo ſic. nihil perficit̄ ſpūaliter niſi per augmentū virtutū. Sed h̄ bn̄dictū ſacr̄m v̄tutē hȝ ꝑfectiuā ſm Dionyſiū. g̃ effectus eiꝰ eſt v̄tutū augm̄tū. 2° ꝓbat̄ ſic. Effcūs hꝰ bn̄dicti ſacr̄i ē plenitudo gr̄e. ſȝ ad plēitudinē gr̄e ꝑ augm̄tū v̄tutū ꝑuenit. g̃ ⁊c̄. maior eſt nō in orōe canonis. vbi dr̄. Quotq̄t ex hac altariſ ꝑticipatione ſumpſerimꝰ oī bn̄dictōe ⁊ gr̄a repleamur. Inde eſt honꝰ tex. đ ɔſe. di. ij. c. nō iſte. vbi dr̄ ſic Nō iſte eſt panis q vadit in corpꝰ: ſed panis uite eterne q aīe nr̄e ſubam fulcit. Iſte panis quotidianꝰ eſt: accipe quottidie vt quottidie tibi ꝓſit. ſic viue ut quottidie mereariſ accipe. Et ca° xp̄s dr̄. Xp̄s panis eſt de quo q mādhucat viuit in eternū. Et. c. credere dr̄ ſic. Credere in Ieſum xp̄m hoc eſt manducare panē ⁊ vinū: qui credit ⁊ mādhucat īuiſibil̄r ſaginat̄. Gloſa. ſaginat̄. ſ. ſpūalibꝰ ⁊ diuinis virtutibꝰ ⁊ donis ⁊c̄. Unde ꝓprius hꝰ ſacramēti effectus eſt ɔuerſio homis in xp̄m: teſte apl̄o ad Gal. ij. Uiuo autē: iam nō ego: viuit autē in me xp̄s. Ad quē alij duo effectꝰ ſubſecūtur: ſpūalis q̄ntitatis in augmentū virtutū: ⁊ reſtauratio deperditoꝝ in remiſſionē uenialiū: uꝉ reparatōeȝ cuiuſlibet p̄cedentis defectus: ut dicit btūs Tho. in q̄rto. di. xij. Ex quibꝰ ſequitur p̄mo ꝙ iſte benedictꝰ cibꝰ eſt aīe noſtre vita. qm̄ ſicut per cibū mortiferū mors intrauit in orbem terrarum. Gen̄. iij. c. ſic per hunc cibum ſalutiferum vita reſtauratur: vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret. ⁊ qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur per Chriſtuȝ dominū noſtrū. Io. x. Ego ſum via v̄itas ⁊ vita. Et. c. vj. Caro mea vere eſt cibꝰ ⁊c̄. vbi Criſoſtomus ait.

pſtat ſe nob̄ ↄ̄ſiderātib⁹ ꝛ palpaꝛ̄ ꝛ comedē ꝛ
amplecti: vt verificeꝛ̄ ſniā ſaluatoriſ. Caro mea
vere eſt cib⁹ ꝛ ſanguis me⁹ vere eſt potus. Se
cūdo ſequiꝛ̄ ꝙ hoc ſacr̄m eſt nr̄a cū xp̄o incorpa
tio. Jo. vi. Qui manducat carnē meā ꝛ bibit ſan
guinē meū: in me manet ꝛ ego in illo. Quadru
pliciter. n. hoc ſacr̄m manducari pōt. ſ. ſacr̄aliter
tm̄. ſpūaliter tm̄. vtroqꝫ mō. ꝛ neutralr̄. Pr̄o
quidā illud ſūmunt ſacramētalr̄ tm̄: ꝛ iſti ſunt de
Jude comitiua. vt ſunt cū peccato mortali hoc
ſacr̄m ſūmentes. Audi textū de ↄſe. di. ij. c. ſicut
iudaſ. vbi dr̄. Sicut iudas qui buccellā tradidit
xp̄s ñ malū accipiendo: ſed bonū male accipien
do locū prebuit diabolo. ſic indigne quiſqꝫ ſum
mens corpus xp̄i efficit: aut qꝛ malus ē malum
fit: aut qꝛ ñ ad ſalutē accipit nihil accipit. Corp⁹
tñ ꝛ ſanguis dñi nihilominus erat in eis quibuſ
dicebat aplūs: qui manducat ꝛ bibit indigne iu
diciū ſibi manducat ꝛ bibit. Idē in caº. qui ſcele
rate. ꝛ oēs pph̄a hmōi maledicit: dicens. Fiat
menſa eoꝝ corā ipſis in laqueū in retributiōꝫ et
in ſcandalū. Obſcurenꝛ̄ oculi eoꝝ ne videant:
ꝛ dorſū eoꝝ ſemꝑ incurua. Effunde ſuꝑ eos iraꝫ
tuā: ꝛ furor ire tue apprehendat eos. Fiat hita
tio eoꝝ deſerta: ꝛ in tabernaculis ſuis ñ ſit qui i
habitet. qm̄ quē tu ꝑcuſſiſti ꝑſecuti ſunt: ꝛ ſuper
dolorē vulneꝝ meoꝝ addiderunt. Appone iniq
tatē ſuꝑ iniquitatē eoꝝ: ꝛ ñ intrent in iuſtitiā tuā.
Deleanꝛ̄ de libro viuentiū: ꝛ cū iuſtis ñ ſcribanꝛ̄
hec ille. In quib⁹ ſacratiſſimis v̄bis. xij. maledi
ctiones enumerat ſuꝑuenientes oībus indigne
cōicantib⁹. de quib⁹ aliaſ. Scd̄o quidā ſūmūt
ſpūalir̄ tm̄. ſicut deuote ꝛ ſine mortali culpa miſ
ſas audientes: in h̄ ſacr̄o firmiter credentes. de
quibus magr̄ in q̄rto di. ix. c. ꝛ ſic. ait. Et ſic ingt
due ſunt res illius ſacr̄i: ita ēt duo modi mandu
candi. vnus ſacr̄alis quo boni ꝛ mali edunt. Alr̄
ſpūalis quo ſoli boni mādūcant. vñ Aug. Quid
eſt xp̄m manducare? nō h̄ eſt ſolū in ſacr̄o corp⁹
eius accipere. Multi. n. indigne accipiunt. ſed i
ipſo maneꝛ̄ ꝛ hr̄e ipſū in ſe manentē. Spūaliter
. n. manducat qui in vnitate xp̄i ꝛ eccl̄ie quā ſa
cr̄m ſignificat manet. Nā qui diſcordat: nec car
nē xp̄i manducat: nec ſanguinē bibit: ꝛ ſi tāte rei
ſacr̄m ad iudiciū ſui quottidie accipiat. Spūalē
manducationē Augu. diſtinguens a ſacr̄ali ait:
vt q̄d paras dentē ꝛ ventrē. crede ꝛ manduca
ſti. Credē in eū h̄ eſt manducare panē ꝛ vinuꝫ.
Qui credit in eū: manducat eū. hec magr̄ in lr̄a.
Hec ēt ſniā ponit̄ de ↄſe. di. ij. c. vt q̄d paras. 3º
quidā ſūmunt vtroqꝫ mō. vt vere actualir̄ ſine
peccato mortali cōicātes. ps. Panē angeloꝝ
manducauit hō oē delectamentū ꝛc̄. Quar
to neutralr̄. vt infideles ꝛ falſi xp̄iani: qui oīno
ſpreto diuino ꝛ eccleſiaſtico mandato: nec miſ
ſas deuote audiunt: nec vnq̄ ↄfitenꝛ̄. ꝛ xp̄m ſū
munt. de quib⁹ ps. ait. Deleanꝛ̄ de libro viuētiū
ꝛ cū iuſtis ñ ſcribanꝛ̄. 3º ſequiꝛ̄ ꝙ hoc ſacr̄m ē
nr̄a defenſio. Defendit āt ꝑmaxīe a tribus: car
ne: diabolo: ꝛ mundo. Inquantū. n. hoc ſacr̄m ē
ſignū paſſionis xp̄i per quā demones deuicti ſūt
eſt oīum ſpirituū maloꝝ fugatiuū. ps. Paraſti i
ↄſpectu tuo menſam aduerſus eos qui tribulāt
me. Et idē. Dñs illuminatio mea ꝛc̄. dic aliquot
v̄ſus. Scd̄o inquantū in h̄ ſacr̄o miſceꝛ̄ aqua
que eſt elementuꝫ frigidū refrigerans corporis
eſtū oñdiꝛ̄ efficaciſſimū remediū ↄ̄ carnis incen
dia. ps. Suꝑ aquā refectioniſ educauit me: aīaꝫ
meā ↄuertit. ſ. ad ſpūalia bona. Tertō inq̄ntū
h̄ ſacr̄m habitū gr̄e hꝫ: ex quo tanq̄ ex ſinglari
medicina mors interior ꝛ exterior ſuꝑaꝛ̄. appet
ꝙ h̄ ſacr̄m a miſero noſ mundo cuſtodiat. ps. Si
ābulauero in medio vmbre mortiſ. ſ. huius tene
broſi mundi: ñ timebo mala: qm̄ tu mecū es. Si
igiꝛ̄ aīa mea hec ꝛ ſimilia ꝑicula tīes: accede ad
xp̄i menſam. comede ꝛ bibe. ſecurus accede ait
Aug. qꝛ panis eſt ñ venenū. ps. Illic trepidaue
runt timore: vbi nō erat timor. qr̄ ꝛc̄. 2ᵘˢ bonū
dr̄ venialiū remiſſio. Audi Ambro. li. de ſacr̄is.
ꝛ poniꝛ̄ de conſe. di. ij. c. ſi quotiens. Si quotiēs
inquit xp̄i ſanguis in remiſſionē peccatoꝝ effū
ditur: debeo ſemper accipere qui ſemper pecco
debeo ſemper habere medicinā. Itē audi Aug.
ꝛ poniꝛ̄ de conſe. di. ij. c. vtꝝ ſub figura. Iteratū i
quit quottidie hec oblatio: licꝫ xp̄s ſemel ſit paſ
ſus. quia quottidie peccamuſ peccatis. ſine qui
bus mortalis īfirmitas viuere ñ pōt. hec ille. Et
iſtas ēt auct̄eſ allegat magr̄ in quarto di. xij. Di
cit tñ btūſ Tho. ibidē ꝙ ñ oꝫ ſemper oīa pc̄tā ue
nialia deleri: ſed tm̄ ſꝫ menſurā deuotionis. poſ
ſet tñ tantus eſſe feruor: vt ēt oīa delerenꝛ̄. Idē
dicit Petrus de tarantaſio. Nō. n. eſt incōueni
ens dicit btūs Tho. ꝙ aliqua hora hō ſit abſqꝫ
oī peccato veniali: licet propter noſtram fragi
litatem diu durare nō poſſumus. Tertiū bo
nū dicitur peccatoꝝ mortaliū cancellatio. Du
pliciter. n. peccata mortalia delet. ſ. aut que fue
runt oblita: aut que in animā intrarent: niſi hoc
ſacr̄o muniretꝛ̄. Nō. n. dlet ſcienter reſeruata: qꝛ
cū uita ſit anime: ꝛ ipſa in mortali pc̄tō exn̄s mō
tua ſit: nō poterit illud viuificare. hoc dicit btūſ
Tho. vt. s. qr̄ ꝛc̄. Et iſta ſufficiāt pro preſenti ↄ̄i
tate. Sed dic pater Ambroſi ſi per hoc ſacramē
tum venialia dimittūtur: ꝛ hec quottidiana ſint
videtur omni die cōmunicanduꝫ eſſe. Dicit bea
tus Tho. vbi ſupra ꝙ in recipiente hoc ſacramē
tum duo principaliter requiruntur. ſ. deſideriū
coniunctionis ad xp̄ꝫ. ꝛ hoc facit amor. Secū
do requiritur reuerentia ſacramēti. ꝛ hec ad do
num timoris pertinet. Si primum conſideretur
certe incitabitur homo ad quottidianā cōmuni
onem. Si conſideratur ſm̄: tunc retrahitur. Et
ideo ſi aliquis experimentaliter cognoſceret ex
quottidiana frequentatione ſumptionis amoriſ
augeri feruorem ꝛ reuerentiam nō minui: ꝑfe
cto talis quottidie cōicare deberet. Si āt reue
rentiam minui ꝛ feruorem non multum augeri
ſentiret: interdum abſtinere deberet: vt poſtea
cū maiori deuotione accederet. Sed quātū ad
hoc vnuſquiſqꝫ ſuo iudicio relinquendus eſt.
Frequenter tñ q̄nꝫ peccata mortalia ñ grauāt
cōicet. qm̄ ſicut cibo corporali reſtauraꝛ̄ corpus
ita hoc ſacramēto reſtauraꝛ̄ aīa. Unde opportet
ꝙ pluries deperdita reſtaureꝛ̄: ne homo a deo to
taliter alieneꝛ̄. ꝛ hoc eſt conſiliū non preceptuꝫ:
De cōione ſemel in anno preceptuꝫ eſt. ſed d̄ hoc
in ſermonib⁹ ſequētibus. Et accipe regulā Au
guſtini dicētis. Si mens in affectu peccādi eſt:
grauari magiſ dico eucharīſtie perceptōe q̄ꝫ pu
rificari. hec ille. Unde clamat Paulus. i. Cor. xj.
Probet autē ſeipſum hō: ꝛ ſic de pane illo edat
ꝛ de calice bibat. Qui. n. manducat ꝛ bibit indi
gne ꝛc̄. Et hec ſufficiant q̄ntum ad ſcām ↄ̄itatē.
Quantū ad tertiā dico ſm̄ btūm Tho. in q̄rto
di. xiij. ꝙ pro pueris bapticatis miſſaꝝ ſolennia
celebranꝛ̄: non qꝛ eiſ proſint ad alicuius culpe re
miſſionē: vel glorie augmentationeꝫ: ſed ꝑpter
viuoꝝ ſuoꝝ ſolatiuꝫ. ꝛ vt oſtendaꝛ̄ tales pueros
ad vnitatē corporis myſtici pertinere. ꝛ vt etiaꝫ
cōmendetur redemptōis noſtre myſterium: qd̄
in hoc ſacramento cōmemoratur. propter quod
hi paruuli ſine proprio merito ſunt eternaꝫ glo
riā ↄſecuti. Bene igr̄ xp̄s memoriā fecit mirabi
liuꝫ ſuoꝝ: hic per gratiam ꝛ in futuro per glām.

Feria quarta maioris hebdomade de eadē
materia ſermo in ordine quadrageſim⁹ tertius.

# Ecepit Jeſuſ pa

nem ꝛ gratias agens fregit ꝛ dixit.
Accipite ꝛ comedite: hoc eſt corpus
meum. Luce. xij. ꝛ Math. xxv. Iā
mirabilia huius benedicti ſacramenti percurri
mus. Nunc circa ea (que ad hoc conficiendum
ſacramentum requiruntur) accedamus: quoniā
diximus ꝙ Jeſus panem accepit ꝛc̄. Ubi tres
conſiderationes faciamus. videlicet.
De miniſtrante hoc ſacr̄m debitā requiſitiōem.
De mā reqſita huius ſacr̄i rectam aſſignatōem.
De forma neccīa hui⁹ ſacr̄i optimā regulatiōem.
De miniſterio debite requiſito ad cōficiēduꝫ
corpus dominicum conſideratio prima.

Rimo de miniſtrāte hoc ſacr̄m debitaꝫ
requiſitōem videamus. vbi tres cōclu
ſiones more ſolito faciamus. vꝫ. Pª
eſt iſta. Nō omnis perſona poteſt dominicū cor
pus cōſecrare. Scd̄a cōcluſio ē iſta. Quāuis
a perſona idonea ſit conſecratū: non tamen ab
omnibus pōt rite eſſe diſpenſatū. Tertia cō
cluſio ē iſta. Inter oēs falſos miniſtros (qui pn̄t
corp⁹ dn̄icū cōſecrare) hereticos debem⁹ euitaꝛ̄.
Que ſit ꝑſona idonea ad dominicuꝫ corpus
conſecrandum concluſio prima.

Ccipe primā ↄclōnem. vꝫ. Nō omnis ꝑ
ſona ꝛc̄. dic totā. vbi tres ingramus ↄ̄i
tates. vꝫ. Prima ē iſta. Quot requi
runꛈ̄ quantū ad eſſentiā ꝛ bene eſſe perſone: que
debet hoc ↄficere ſacr̄m. 2ª eſt iſta. Utrū ſimul
plures poſſint eandē hoſtiā cōſecrare. 3ª eſt iſta
Utrū ſit licitum ab hac cōſecratione abſtinere.
Quantū ad primā dico ꝙ ad neceſſitatē aliq̄
ↄcurrūt ad hoc ↄficiendū ſacramentū: ꝛ aliqua
ad bene eſſe. Que ſimul ſepteꝫ ſunt principales
conditōes. vꝫ. Prima ↄditio eſt. ꝙ perſona ad
hoc ſacramentū conficiēdum requiſita ſit homo
Scd̄a ꝙ ſit homo maſculus. Tertia ꝙ ſit hō
maſculus ꝛ catholic⁹. Quarta ꝙ catholicus et
rite ordinat⁹. Quinta ꝙ ſit ꝑſona nō prohibita
Sexta ꝙ ſit ieiunus. Et ſeptima ꝙ nō ſit cuꝫ
peccatoꝝ mortaliū ↄſcientia grauatus. Acci
pe primā et dico ꝙ ad conficiendū hoc ſacr̄m re
quiritur ꝙ perſona ↄficiens ſit homo. ex quo ſe
quitur ꝙ ſi belua verba diceret ſuꝑ debitā ma
teriā non cōficeret. Itē ꝛ nullus angelus vel ſpi
ritus beat⁹. Inde exclamat beat⁹ Bernardus.
O preclara ptās veſtra o ſacerdotes vos pote
ſtis ↄſecrare corpus ꝛ ſanguineꝫ dñi ſuper omni
priuilegio ꝛ poteſtate. Stupet cor. miraꝛ̄ terra.
cōtremiſcit hō. reuereꝛ̄ plurimū angelica celſitu
do. Et de hoc pn̄t aſſignari tres rōnes: Pr̄a
ratio eſt diuina inſtitutio: que ſolos hoīes huius
ſacramenti voluit eſſe miniſtros. Unde cantat
eccleſia. Solis p̄ſbyteris dereliquit: q̄bus ſic cō
gruit vt ſūmāt ꝛ dent ceteris. Scd̄a eſt ſacr̄i i
terpretatio. Appellaꝛ̄. n. hoc ſacr̄m viaticū. quia
oībus viatorib⁹ cib⁹ eſt leuiſſim⁹: q̄ i comedētē ñ
ↄuertiꝛ̄: ſed ecōuerſo: vt dictū eſt in p̄cedenti ſer
mone. ꝛ ideo a ſolis viatorib⁹ cōfici ꝛ miniſtrari
debuit: qd̄ nec angeliſ nec alijs ſpiritib⁹ cōuenit
Tertia debita ſacratio. Miniſtꝝ. n. huius ſacr̄i
oꝫ eſſe gradatū. ſ. in ordinib⁹ ſacris. de ↄſe. diſ. ij.
tribus gradib⁹. Angelis aūt hoc ↄuenire nō pōt
ḡ nec hoc ꝑ ↄ̄ñs ↄficere ſacr̄m ꝛc̄. Scd̄o reqriꛈ̄
ꝙ iſte hō ſit maſculus. ꝛ ꝑ hoc mulieres oēs ab
hac excludunꛈ̄ ptāte. Tum qꝛ nobiliſſimū ſacr̄m
nobiliſſimū oꝫ habere miniſtrū. nobilior aūt eſt
maſculus q̄ꝫ femina. Tum qꝛ mulier multis eſt
nālib⁹ d̄fectib⁹ ſubiecta: vt mēſtruo ꝛ hmōi. tuꝫ
qꝛ ſub viri ptāte eam ↄſtituit deus. Geñ. iij. Tū
qꝛ characterē ordinis nō ſuſcipiunt. vt patuit s̄.
feria 3ª ſc̄e dñice in prima ↄſideratiōe ↄcluſione
3ª. vide ibi. quare ꝛc̄. Tertio requiriꛈ̄ ꝙ hic hō
maſculus ſit catholicus. ꝛ ꝑpter hoc heretici et
ſciſmatici excludunꛈ̄. hec tñ conditio nō eſt neceſ
ſitatis: ſed cōgruitatis. Nā huiuſmodi ſi ſacerdo
tes ſunt: ꝛ in forma eccleſie conficiūt: certe veꝝ
ē ſacr̄m. qm̄ character idelebiꛈ̄ eſt: cui⁹ rei ſignū
eſt ꝙ redeūtes ad fideꝫ nō iteꝝ ordinanꛈ̄. grauiꛈ̄
tñ peccant ſi ↄficiunt aut miniſtrāt. ſunt. n. ab or
dinū executiōe ſuſpenſi. Unde btūs Tho. ſc̄a ſc̄e
q. xxxix. dicit ꝙ duplex ē ſpūalis ptās. ſ. ſacr̄alis
ꝛ iuriſdictialis. Sacr̄alis eſt que ꝑ aliquā ↄſecra
tionē conferꛈ̄. ꝛ hec ſꝫ eſſentiā in homine manet
q̄ꝫdiu viuit: ſiue in ſciſma ſiue in hereſim labaꛈ̄.
vſum tñ ptātis amittūt: ita ꝙ eis ſua vti ptāte ñ
licet. ſi tñ vſi fuerint effectū hn̄t in ſacr̄alib⁹. qm̄
i his hō ñ opaꛈ̄ niſi vt dei inſtr̄m. Ptās āt iuriſdi
ctial̄ ē q̄ ex ſimplici ↄiūctōe ↄferꛈ̄. ꝛ iō ñ imobilr̄
adheret. ꝛ ꝑ ↄ̄ñs i hereticis ꝛ ſciſmaticis ñ māet.
vñ nec abſoluē: nec excōicaꛈ̄: nec idulgētiaſ ↄce
dē: nec aliq̄d hmōi facē pn̄t. ꝛ ſi fecerit ñ hēbiꛈ̄ ꝑ

